Central Baptist Theological Seminary
0 0021 0032975 0

Central BAPTIST
THEOLOGICAL SEMINARY

KANSAS CITY, KANSAS

0 0021 0032975 0

REFERENCE BOOK

Digitized by the Internet Archive
in 2025

https://archive.org/details/bibliasacra0010vari

BIBLIA SACRA

IUXTA LATINAM VULGATAM VERSIONEM

X

PSALMI

BIBLIA SACRA

IUXTA LATINAM VULGATAM VERSIONEM

AD CODICUM FIDEM

IUSSU

PII PP. XII

CURA ET STUDIO

MONACHORUM ABBATIAE PONTIFICIAE SANCTI HIERONYMI IN URBE

ORDINIS SANCTI BENEDICTI

EDITA

LIBER PSALMORUM

EX RECENSIONE SANCTI HIERONYMI

CUM PRAEFATIONIBUS ET EPISTULA AD SUNNIAM ET FRETELAM

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDCCCCLIII

LIBRARY
CENTRAL BAPTIST SEMINARY
KANSAS CITY 2, KANSAS

R
220.47
B582
G249

IN HOC DECIMO SS. BIBLIORUM VOLUMINE REPERIES LECTOR

PAG.

Prolegomena VII

Praefationes sancti Hieronymi in librum Psalmorum et epistulam eiusdem ad Sunniam et Fretelam 1

PSALMOS 43

Augiensem priorem (*ϰ*) et alterum (*λ*), Sangallensem 1395 (*σ*). Psalterium Mozarabicum citatur secundum codices Cavensem (*moz*^{c}) et Complutensem (*moz*^{x}) iisque concordantibus *moz* appellatur; Mediolanense siglo *med* indicatur. Horum omnium ant. psalt. lectiones tunc tantum expresse citantur cum a lectione psalt. *Ro* discrepant. Pro solis psalmorum titulis citatur insuper codex Amiatinus siglo *Amiat.*

Inter opera S. Hieronymi siglis *comm.* et *tract.* commentariolos et tractatus designamus quos d. Germanus Morin edidit.

De triplici notarum apparatu

Primus notarum apparatus de constituto archetypi textu rationem reddit, in omnibus locis ubi, ceteris variantibus, codices RFC, seu codice C deficiente, RFI, inter se non concordant vel a textu nostro discrepant. Pro obelis et asteriscis vero in hoc apparatu ii tantum loci notantur ubi codex R haec signa omisit vel male adposuit.

Secundus apparatus ad historiam textus spectat et varias lectiones omnium codicum et editionum refert, exceptis mere orthographicis.

Tertius apparatus divisiones textus exhibet, maiores ex codicibus omnibus, minores vero ex RCIL.

Declaratio signorum

In textu:

† † loca designant ubi lectio mendosa archetypi ex coniectura vel iuxta lectionem codicum recentiorum corrigitur.

In primo vel secundo notarum apparatu:

= lectioni ipsius textus postponitur cui codicum universorum testimonium subnectitur (*apparatus plenior* seu *positivus*).

] lectionem ipsius textus designat de qua aliquid notatur vel cui refertur varia lectio alterius formae seu radicis.

**** numerum indicat litterarum erasarum vel quae legi nequeunt in codice.

† post sigla codicum, lectionem designat quae prima manu scripta in codice legebatur, priusquam *ipse scriptor* eam aliquo modo mutaret vel corrigeret.

* item post sigla codicum, lectioni postponitur quae in codice prima manu scripta fuerat, deinde vero ab *altero scriptore*, seu *secunda manu*, correcta fuit.

^{1} item post sigla codicum, lectionem sequitur quam ipse scriptor propria manu corrigendo induxit.

^{2} item post sigla codicum, lectionem designat ab altero scriptore, seu secunda manu, inductam.

^{3} item post sigla codicum: lectio tertia manu inducta.

Nota bene: Ubicumque signum ^{1} vel ^{2} in notis non apparet, corrector † vel * lectionem codicis sui ad formam textus nostri reduxit.

⌒ inversa verba designat.

praem. praemissa verba praecedit.

+ additis verbis praeponitur.

om. omissa verba sequitur.

⟦ ⟧ post longiorem variam lectionem pluribus codicibus communem, singulorum codicum varias lectiones includunt.

¶ notis praeponitur quae ex *Correctoriis* vel ex codicum marginibus desumuntur.

In tertio apparatu:

¶ § ⟨ divisiones textus designant: maiores, medias, minores.

PROLEGOMENA

Decimum hoc Sacrorum Librorum volumen, Pii XII Summi Pontificis iussu et munificentia editum, Psalterium continet Vulgatae Bibliorum Editionis, eam nempe psalmorum recensionem, quam s. Hieronymus secundum textum hexaplarem LXX interpretum emendavit et quae, inde saltem a saec. IX, nomine Psalterii Gallicani vulgo innotescit. Haec namque recensio, cum in omnibus Bibliorum editionibus typis impressis inveniretur, iis haud exceptis quae Sixti V et Clementis VIII iussu prodierunt, a nobis quoque ederetur oportebat.

Attamen animadvertendum est, eam non in omnibus manu scriptis codicibus, quos in editione nostra perpetuo citamus, inveniri. Tantummodo enim codices $\Phi^{RGVP}\Psi^{B}\Omega^{SM}$, *Psalterium Gallicanum referunt, quod ab Alcuino in Biblia receptum esse omnino constat. E ceteris, codices* $A\Lambda^{L}\Sigma^{T}E\Theta^{HAMG}H$ *Psalterium s. Hieronymi ex Hebraeo translatum continent; codices vero* Ψ^{DF} *et Casinenses, quos siglo* Π *citare suevimus, Psalterium quod dicitur Romanum, X Psalterium Mozarabicum exhibent; codices autem* $PNQ\Gamma^{A}\Omega^{I}$

nullum proferunt Psalterium; codices $C\Omega^{M}$ *denique duplici psalmorum versione praediti sunt, et quidem codex C Mozarabico Psalterio in corpore Bibliorum post librum Job et Psalterio s. Hieronymi* iuxta Hebraeos *in fine voluminis, codex vero* Ω^{M}*, in duplici columna, Psalteriis* iuxta Hebraeos *itemque Gallicano.*

Locus vero, qui Psalterio in Bibliorum codicibus et editionibus adsignatur, medius plerumque est inter librum Job et Proverbia, sed AE *illud inter Verba Dierum et Proverbia,* $\Phi^{P}\Psi^{BF}$ *inter Prophetas minores et Proverbia,* Ω^{M} *inter libros Machabaeorum et Isaiam conlocant.*

Praeter codices Bibliorum $\Phi^{RGVP}\Psi^{B}\Omega^{SM}$*, e multis quos examinavimus, praesto nobis erant tredecim alii codices, qui solum Psalterium praebent quosque hic breviter describimus:*

R Codex Vaticanus Reginensis lat. 11, *foliorum 236 (31 × 24 cm) unica columna linearum 30 mediante saec. VIII in Gallia septentrionali per cola et commata scriptus. Duplex Psalterium continet, Gallicanum quidem in versis foliis litteris quadratis seu capitalibus, Psalterium vero* iuxta Hebraeos *in rectis foliis litteris uncialibus exaratum, quod Cantica quaedam et Hymni sequuntur. Saeculo IX Evvrardi cuiusdam, comitis Foroiuliensis, fuisse videtur, cuius nomen in ultima pagina legitur*

F Codex Petropolitanus Bibliothecae Publicae F. v. I. nº 5, *foliorum 109 (30 × 24 cm), triplici columna linearum 40, litteris, quas dicunt, semiuncialibus saec. VIII in Corbeiensi Monasterio sub Leutchario abbate conscriptus. Triplex Psalterium praebet, nempe* iuxta Hebraeos, *Gallicanum, et vetus quoddam quod ex hoc codice* Corbeiense *appellatur quodque nos littera graeca δ designavimus, quibus Cantica quaedam adduntur. Fuit olim monasterii Corbeiensis, et postea Sangermanensis.*

C Codex Dublinensis Regiae Academiae Hibernicae, *nomine* « Cathach Sancti Columbae » *designatus, foliorum quae supersunt 58 (circa 20 × 13 cm), unica columna linearum 25, litteris Hibernicis maiusculis saec. VI per cola et commata exaratus. Partem Psalterii Gallicani praebet a ps. 30,10 usque ad ps. 105,13. Textus, in foliis saepe margine amputatis vel alias pessumdatis haud integer servatus, editus est a H. J. Lawlor in libro qui inscribitur:* The Cathach of St. Columba (Proceedings of the Royal Irish Academy, vol. XXXIII, Sect. C, nº 11, Dublin, 1916). *Praesto nobis insuper*

erant imagines codicis lucis ope depictae quas ipsa Academia Hibernica nobis perhumaniter obtulit quarumque gratia eam editionem hinc illinc emendavimus. Codex olim sancti Columbae fuisse traditur.

I Codex Bibliothecae Civitatis Rothomagensis 24 (A. 41), *foliorum 160 (24 × 16 cm) unica columna linearum 30 litteris insularibus saec. X per cola et commata conscriptus. Continet duplex Psalterium, Gallicanum quidem litteris maiusculis in foliis versis, Psalterium vero* iuxta Hebraeos *litteris minusculis in foliis rectis, quod sequuntur Cantica quaedam. Fuit olim monasterii Sancti Ebrulfi Uticensis. Textus Psalterii Gallicani quem offert cum textu codicis C ita concordat, ut eum ad lacunas huius codicis supplendas adhibuerimus. Cum tituli psalmorum in Psalterio Gallicano omittantur, sed in Psalterio* iuxta Hebraeos *ad formam quae ad Gallicanum pertinet proferantur, inde a nobis sumuntur.*

L Codices Lugdunensis Bibliothecae Civitatis 425 (351) et Parisinus, inter latinos noviter adquisitos 1585, *foliorum 103 et 63 (29 × 26 cm) unica columna linearum 13 litteris uncialibus saec. V–VI, Lugduni fortasse, per cola et commata conscripti, olim ad unum codicem pertinebant. Supersunt, non quidem sine lacunis, in codice Lugdunensi fragmenta psalmorum a ps. 10,7 ad ps. 51,7 et psalmi 113 versus 3–17, in Parisiensi vero, olim Lugduni a celeberrimo codicum fure cui nomen Libri subtracto, a ps. 111,7 ad ps. 139,5. Textus huius Psalterii ad recensionem quamdam pertinet in qua Psalterii Gallicani lectiones cum lectionibus veteris cuiusdam Gallici Psalterii permiscentur.*

M Codex Ambianensis Bibliothecae Civitatis 18, *foliorum 144 (28 × 17 cm) duplici columna linearum 22 litteris minusculis carolingicis in Gallia septentrionali saec. VIII–IX perscriptus. Psalterium Gallicanum cum Canticis continet fuitque olim Abbatiae Corbeiensis.*

Q Codex Parisinus lat. 13159, *foliorum 168 (25 × 16 cm), unica columna linearum 27, litteris uncialibus in Gallia septentrionali inter annos 795 et 800 conscriptus. Psalterium Gallicanum, in quo psalmi singuli argumentis et orationibus muniti sunt, cum Canticis continet. Tituli psalmorum, tum in argumentis, ubi explanantur, tum in capite psalmorum, saepe tamen diverso modo, scripti sunt. Ad monasterium Centulense olim pertinuisse*

videtur, sed postea in Bibliothecam Harleiensem, dein in Sangermanensem devenit. Caroli Magni Psalterium vocatus est, ex nomine regis quod in Laudibus in fine codicis legitur.

W Codex Vindobonensis Bibliothecae Nationalis 1861 (olim theol. 652), *foliorum 161 (19 × 12 cm), unica columna linearum 23, litteris minusculis carolingicis a Dagulfo scriba inter annos 783 et 795 exaratus. Continet Psalterium Gallicanum cum Canticis. A Carolo Magno adhuc rege Hadriano I Papae dono datus est.*

U Codex Ultraiectensis Bibliothecae Universitatis 32 (Scriptores Ecclesiae 484), *foliorum 108 (33 × 26 cm) triplici columna linearum 32, litteris, quas dicunt, capitalibus rusticis, in Gallia septentrionali saec. IX conscriptus. Psalterium Gallicanum cum Canticis continet. In extrema parte codicis addita sunt fragmenta quaedam Evangeliorum S. Matthaei et S. Iohannis cum prologis et capitulis, litteris uncialibus saec. VIII scripta. Imagines in principio singulorum psalmorum summa cum arte delineatae ad scholam pertinent quae Rhemensis dicitur. Codex fuit olim Bibliothecae Cottonianae, ubi* Claud. C 7 *signatus erat.*

G Codex Abbatiae Sangallensis 20, *paginarum 362 (31 × 24 cm) unica columna linearum 20, litteris minusculis carolingicis in eodem monasterio a scriba quodam, cui nomen Wolfcoz, saec. IX scriptus. Psalterium Gallicanum cum Canticis continet.*

K Codex Augiensis XXXVIII Bibliothecae Nationalis Caroliruhensis, *foliorum 217 (37 × 28 cm), triplici columna linearum 32, litteris minusculis carolingicis saec. IX perscriptus. Triplex Psalterium cum Canticis continet, id est Psalterium Gallicanum, Romanum et* iuxta Hebraeos. *Fuit olim monasterii Augiensis Divitis.*

V Codex Vaticanus Palatinus lat. 65, *foliorum 201 (31 × 23 cm), unica columna linearum 21, litteris minusculis insularibus saec. XII–XIII conscriptus. Psalterium Gallicanum et Cantica continet, cum glossis Petri Lombardi. Iam saec. XIII in coenobio S. Mariae de Cupro in Scotia adservabatur et fortasse ibidem conscriptus est.*

Codex Cantabrigiensis, Collegii SS. Trinitatis R. 17. I (987), *foliorum* D
286 (45 × 32 cm), tribus columnis, duabus quidem strictioribus linearum 36 et una largiore linearum 18, litteris gothicis anglicis ab Eadwino monacho in Cantuariensi Ecclesiae Christi monasterio saec. XII scriptus et mirabiliter ornatus. Triplex Psalterium continet, iuxta Hebraeos, *Romanum et Gallicanum (quod columnam largiorem occupat), quod sequuntur Cantica. Singulos psalmos praecedit praefatio et subsequitur oratio. Sive inter lineas sive in margine textus, tum glossae latinae, tum versio gallica Psalterii* iuxta Hebraeos, *tum versio anglica Psalterii Romani leguntur. Picturae pulcherrimae, quae ante quemlibet psalmum inveniuntur, ad exemplar psalterii Ultraiectensis delineatae sunt. Codex imaginibus lucis ope depictis integre editus est in libro qui inscribitur:* The Canterbury Psalter with Introduction by M. R. James, London, 1935.

Citamus insuper in apparatu hoc fragmentum, id est:

Codicis Augiensis CXII Bibliothecae Nationalis Caroliruhensis folia k
rescripta numeris 80-89 signata *(30 × 22 cm) duplici columna linearum 26-27, litteris uncialibus, saec. VII-VIII exarata. Continent Psalterii Gallicani ps. 93,19-103,30; 104,24-105,31; 106,8–107,14. Saec. VIII-IX in Augiensi monasterio, priore scriptura deleta, aliqua excerpta ex Arte grammatica Donati super textum sacrum transcripta sunt. Textum Psalterii, ope lucis ultraviolaceae quam dicunt, legit D. Albanus Dold ex Abbatia Beuronensi qui perhumaniter nobis exemplum suum pro nostra editione commodavit.*

Versuum initia latina, quae in margine Psalterii graeci purpurei Turicensis (Bibl. civ. RP 1, olim C 84 vel App. 19) *adscripta inveniuntur, in apparatu nostro non citamus, cum non ad saec. VII, ut communiter fertur, pertineant, sed nonnisi saec. X, probabiliter ex Sangallensi quodam Psalterio, transcripta sint.*

Editionibus quas citare consuevimus pro hoc volumine hanc addimus:

Editio Iacobi Fabri Stapulensis secunda, anni 1513, *quae ex officina* f
Parisiensi Henrici Stephani prodiit, cuiusque titulus est: Quincuplex | Psalterium | Gallicum | Rhomanum | Hebraicum | Vetus | Conciliatum || secunda emissio. *In priore huius editionis parte triplici columna trina Psalteria, id est Gallicanum, Romanum et* iuxta Hebraeos *exhibentur. Cuius*

editionis textus, saltem pro Psalteriis Romano et Gallicano, cum textu triplicis Psalterii Rhemensis (nunc Bibl. Civ. 15, saec. XI in.) saepe concordat, etiam in singulari illa dispositione qua Gallicano Psalterio vox semper *adtribuitur, Romano* diapsalma, *Hebraico vero* sela. *De qua dispositione apparatus noster silet, cum eam hic adnotasse sufficiat.*

De restitutione textus Psalterii Gallicani iampridem egregie pertractavit D. Donatianus De Bruyne in Commentario, cui nomen Revue Bénédictine *(XLI, 1929, pag. 297-324,* La reconstitution du psautier hexaplaire latin*), ubi is comparationem instituens inter codices quosdam Psalterii et inter locos a s. Hieronymo, praesertim in epistula ad Sunniam et Fretelam, et a s. Augustino allatos, textus quoque graecum et hebraicum ad examen revocans, praestantiam codicum* CRL *optime constabilivit.*

Nos quidem codices plus quinquaginta discrimini subiecimus eosque omnes ad tres sequentes classes pertinere comperimus:

a) *codices antiquiores* RFCL, *quibus adnumerandus est codex I, cum* C *artius concordans;*

b) *codices alcuiniani* Φ^{RGVP}, *cum quibus cohaerent tum, qui praealcuiniani vocari possunt* MQW, *tum post-alcuiniani* UGKΨ^{B};

c) *codices recensionem saec. XIII Parisiis usitatam referentes* VDΩ^{SM}, *quos editiones omnes sequuntur.*

Iamvero concordia codicum RFCIL *cum textu s. Hieronymi in epistula ad Sunniam et Fretelam omnino singularis apparet, neque desunt loci in quibus hi codices tantummodo lectionem authenticam servarunt:*

21,24 magnificate *RFIL** (*deest C*),
27,2 *om.* domine *RFIL* (*deest C*),
41,11 qui tribulant me *RF*CIL**,
58,14 *om.* et *ante* finium *RFCI* (*deest L*),
72,17 *om.* et *ante* intellegam *RFCI* (*deest L*),
75,6 *om.* in *ante* manibus *RFCIK*^{2} (*deest L*),
88,8 horrendus *RFCI* (*deest L*),
104,30 dedit *RFCI* (*deest L*).

Illis autem in locis in quibus s. Doctor lectionem suam primigenam, a Getis obpugnatam, vel transferentis festinatione vel scribentium vitio

depravatam *esse docet eamque corrigit, codices supradicti priorem s. Hieronymi textum exhibent, et quidem:*

vel soli, ut

17,48 de gentibus iracundis *RFIL* (*deest C*),

58,11 voluntas *RFCI* (*deest L*);

vel cum plerisque aliis codicibus, ut

21,20 auxilium tuum,

55,8 confringes,

60,6 deus meus,

67,25 viderunt ingressus tui.

Facile ex his aliisque similibus argumentis concluditur codices RFCIL, *ubicumque inter se concordant, testes esse probe fideles primigeni textus Psalterii Gallicani eosque praecipue sequendos esse in critica eiusdem restitutione, ea quidem ratione ut, nisi agatur de mero errore archetypi, eorum concors lectio in textum recipiatur.*

Attamen fatendum est codices RFCIL *haud raro dissociari eorumque unum vel alterum saepius a genuina archetypi lectione recedere. Hoc autem non solum scribarum neglegentiae, sed etiam correctorum diligentiae debetur, qui saepe Gallicani Psalterii textum ad normam antiquorum Psalteriorum, Romani praesertim, recensuerunt. Non desunt quidem loci, ubi duo vel plures codices simul eamdem ab antiquis Psalteriis mutuatam lectionem praebent; immo interdum, dum maior horum codicum numerus hoc modo corruptus invenitur, minor tantum eorum pars veram lectionem servasse deprehenditur. Quo fit ut, ad archetypi textum restituendum, non semper adhiberi possit norma quae lectionem maiore testium numero commendatam praeferendam esse praescribit. In omnibus autem locis, ubi normam illam non servavimus, in primo notarum apparatu lectorem de hac re brevi quadam adnotatione monuimus, nisi ageretur de varia lectione nullius fere momenti, v.g. de frequenti illa commutatione litterarum* b *et* u, e *et* i *in vocum exitu.*

Cum vero illum textum, quem ope codicum RFCIL *restituimus, revera primigenam Psalterii Gallicani recensionem proferre aestimaverimus, nihil in eo mutavimus, ne in ipsis quidem paucis locis, in quibus s. Hieronymus ad Sunniam et Fretelam scribens, errores quosdam detexit atque correxit. In his enim lectorem de Hieronymiana correctione in primo notarum apparatu certiorem facere satis duximus.*

Superest ut et de signis obeli et asterisci, quae s. Doctor textui Psalterii Gallicani inseruit, pauca dicamus. Signa quae in codicibus recentioribus, praesertim alcuinianis, inveniuntur, non omnia ex archetypo fluxisse, sed plura ex iis, conlatione cum textu Psalterii iuxta Hebraeos *instituta, in textum introducta fuisse, nuper iam Alafridus Rahlfs demonstravit* (Septuaginta-Studien 2,1907, *pag. 128-133*). *Ex antiquioribus codicibus,* F *et* L *nulla signa habent;* C *pauca tantum profert, de quorum genuinitate non satis constat; multa quae habet* I *procul dubio ex Psalterio* iuxta Hebraeos *originem ducunt; solus codex* R *signa, ea saltem quae prima manus adpinxit, ex ipso archetypo sumpsisse videtur, quin tamen omnia religiose referat quae in archetypo inveniebantur; aliqua enim huiusmodi signa apud Hieronymum, Augustinum aliosque testes citantur, quae in* R *non apparent. In textu igitur nostro asteriscos et obela iis tantum in locis adponimus, in quibus* R *ea offert, additis tamen paucis signis aliunde comprobatis. Reliqua vero signa archetypi, de quibus nil constat, quamvis fortasse haud pauca fuerint, restituere conati non sumus, ne incerta certis misceremus.*

In primo notarum apparatu, — qui modo sueto lectori rationem reddit de constituto archetypi textu in locis, ubi codices praestantiores inter se non concordant, — semper citamus codices RF *et codicem* C, *ubi is, qui mancus est, textum profert. Codicem* I, *cum sit recentioris aetatis et de cetero cum* C *fere semper concordet, iis tantum in locis adferimus, ubi* C *vel ex toto, vel partim, deficit. Codicem autem* L, *qui revera, ut supra iam diximus, textum quemdam mixtum praebet, partim e Gallicano Psalterio, partim e Gallica quadam recensione antiqui Psalterii sumptum, in primum apparatum non recipimus.*

In secundo notarum apparatu parvas lacunas codicis C, *utpote frequentiores, indicare supersedimus, sed earum semper habuimus rationem in primo apparatu conscribendo. Item inde a psalmo 88 lectiones codicis* $\mathfrak{Psi}^{B}$ *(vel* $\mathfrak{Psi}^{B*}$*) saepe omisimus, cum is in hac parte Psalterio Romano nimis adhaereat.*

Ubi de titulis psalmorum agitur qui in codice Q *tum in prologo uniuscuiusque psalmi, tum ante textum inveniuntur, sed saepe diversis verbis expressi, unam tantum formam, eam nempe quae cum textu nostro magis concordat, in apparatu citamus. Codicibus nostris, sed unice pro titulis,*

codicem Amiatinum, sub siglo Amiat., *adiunximus, cum hic codex, quamvis textum Psalterii* iuxta Hebraeos *praebeat, titulos tamen ex Gallicano quodam Psalterio mutuaverit.*

Interpretationes illas allegoricas et notas liturgicas quae interdum titulo psalmorum in codicibus adiunguntur, in apparatu semper omisimus, quippe quae ad sacrum textum non pertineant neque solis Gallicani Psalterii codicibus propriae sint, sed in aliis etiam Psalteriis inveniantur. Unde melius eae separatim edendae sunt.

Siglo LXX *ad textum editionis A. Rahlfs (*Septuaginta, X, Psalmi cum Odis, Göttingen, 1931*) lectorem mittimus.*

Sigla He *et* Ro *Psalterium s. Hieronymi* iuxta Hebraeos *et Psalterium Romanum designant. Prius sumitur ex editione quam publici iuris fecit D. Henricus de Sainte-Marie, Prior Abbatiae nostrae, in undecimo volumine Collectaneorum Biblicorum Latinorum, cui titulus:* S. Hieronymi Psalterium iuxta Hebraeos. Édition critique *(*Rome, 1953*), alterum, simul cum reliquis antiquis Psalteriis latinis, ex editione D. Roberti Weber, eiusdem nostrae Abbatiae monachi, in decimo Collectaneorum volumine quod inscribitur:* Le Psautier Romain et les autres anciens Psautiers latins. Édition critique *(*Rome, 1953*). Sigla antiquorum Psalteriorum infra p. 46, in indice codicum, explicabimus.*

Verbis cum Hier. ep. 106 *ad lectionem Psalterii Gallicani in epistula ad Sunniam et Fretelam, initio huius voluminis edita (p. 8-42), citatam revocamus, verbis vero* cf. Hier. ep. 106, *ad lectionem ab eodem Psalterio discrepantem. Sigla* comm., tract. *et* tract.[2] *ad s. Hieronymi commentariolos et ad utramque seriem tractatuum in psalmos spectant, quae omnia D. Germanus Morin edidit* (Anecdota Maredsolana, *vol. III, partes I, II, III,* 1895, 1897, 1903).

Ne autem apparatus prolixus et gravis sit, in eo psalteria antiqua iis tantum in locis expresse citamus, in quibus lectionem habent a lectione Psalterii Romani discordantem. Idem valet de testimoniis psalmorum a s. Hieronymo allatis. A reliquorum vero Patrum testimoniis citandis, brevitatis causa, abstinere suevimus.

Ex Correctoriis solum Guill. *adferimus, cum psalmi in* Hug. *et* Iac. *desint.*

Praeter praefationem S. Hieronymi in Psalterium Gallicanum, textui nostro praemisimus tum alteram eiusdem praefationem, quae ad Psalte-

rium iuxta Hebraeos *pertinet, tum epistulam illam ad Sunniam et Fretelam, in qua textus Psalterii Gallicani inlustratur, quaeque inter epistulas s. Doctoris est centesima sexta. Cuius textum non ex editione Isidori Hilberg sumpsimus, sed, codicibus noviter conlatis, restituimus.*

Aliam quamdam praefationem cui titulus: Origo prophetiae David regis psalmorum numero CL, *quaeque sic incipit:* David, filius Iesse, cum esset in regno suo, *praebent codices* $W\Phi^{RGVP}\Psi^{\mathfrak{B}}\Omega^{M}$, *et partim* G. *Edita est a D. Donatiano De Bruyne, in* Préfaces de la Bible Latine, Namur, 1920, *p. 43-44. Codex D, loco praefationis, excerpta quaedam ex commentariis Cassiodori habet, codex vero* W *sat multa profert ab eodem mutuata vel falso s. Hieronymo et s. Augustino adtributa, quae hic enumerare proposito nostro haud congruit.*

Prid. Kal. Iun. a. d. MDCCCCLIII
in festo Sanctissimae Trinitatis

PRAEFATIONES SANCTI HIERONYMI

IN LIBRUM PSALMORUM
ET EPISTULA EIUSDEM
AD SUNNIAM ET FRETELAM

INDEX CODICUM

I. Praefationis in librum Psalmorum iuxta Septuaginta iterum emendatum.

R Vaticanus, Reg. lat. 11. S. VIII.
F Petropolitanus F. v. I. nº 5. S. VIII.
W Vindobonensis 1861 (652). a. 783-795.
Φ^{R} Parisinus lat. 3. S. IX.
Φ^{G} Londiniensis Add. 10546. S. IX.
Φ^{V} Romanus, Vallic. B. 6. S. IX.
Φ^{P} Romanus, Abb. S. Pauli extra Muros. S. IX.
K Caroliruhensis, Aug. XXXVIII. S. IX.
Ψ^{B} Vaticanus lat. 10510. S. XII.
Ω^{M} Parisinus, Mazarinaeus 5. a. 1231.
M Montis Pessulani, Fac. Med. 409. S. VIII ex.
T Rhemensis 15. S. XI in.
V Vaticanus lat. 12958. S. XII.
a Editio princeps (a. 1452?) 42 lin. dicta.
f Editio Iacobi Fabri Stapulensis secunda, a. 1513.
g Editio Gobelini Laridii, a. 1530.
r Editio Roberti Stephani sec., a. 1532.
e Editio Roberti Stephani quarta, a. 1540.
c Editiones Clementis VIII Pont. Max. secunda (a. 1593) et tertia (a. 1598).

II. Praefationis in eundem librum de Hebraeo translatum.

R Vaticanus, Reg. lat. 11. S. VIII.
F Petropolitanus F. v. I. nº 5. S. VIII.
Σ^{T} (*Toletanus*) Matritensis, Bibl. Nat. S. X.
H Parisinus lat. 93. S. IX.
C Cavensis, Abb. 14. S. IX.
B Burgensis, Seminarii. S. X.
A (*Amiatinus*) Florentinus, Laur. S. VII-VIII.
Λ^{L} Legionensis, S. Isidori. S. X.
G Sangallensis, Abb. 19. S. IX.
L Londiniensis, Harl. 2793. S. IX.
Ω^{M} Parisinus, Mazarinaeus 5. a. 1231.
Φ^{P} Romanus, Abb. S. Pauli extra Muros. S. IX.
V Vaticanus lat. 12958. S. XII.
g Editio Guntheri Zainer, a. 1473.
f Editio Iacobi Fabri Stapulensis secunda, a. 1513.
m Editio Iohannis Martianay, a. 1693.
l Editio Pauli de Lagarde, a. 1874.

III. Epistulae ad Sunniam et Fretelam.

R Vaticanus, Reg. lat. 11. S. VIII.
L Londiniensis, Harl. 2793. S. IX.
T Rhemensis 15. S. XI in.
C Casinensis, Abb. 247. S. XII.
K Caroliruhensis, Aug. XXXVIII. S. IX.
P Vaticanus, Pal. lat. 39. S. XI.
h Editio Isidori Hilberg, a. 1912.

INCIPIT PRAEFATIO SANCTI HIERONYMI

Psalterium Romae dudum positus emendaram et iuxta Septuaginta interpretes, licet cursim, magna illud ex parte correxeram. Quod quia rursum videtis, o Paula et Eustochium, scriptorum vitio depravatum plusque antiquum errorem quam novam emendationem valere, cogitis ut veluti quodam novali scissum iam arvum exerceam et obliquis sulcis renascentes spinas eradicem, aequum esse dicentes, ut quod crebro male pullulat, crebrius succidatur. Unde consueta praefatione commoneo tam vos quibus forte labor iste desudat, quam eos qui exemplaria istiusmodi habere voluerint, ut quae diligenter emendavi, cum cura et diligentia transcribantur. Notet sibi unusquisque vel iacentem lineam vel signa radiantia, id est vel obelos vel asteriscos, et ubicumque virgulam viderit praecedentem, ab ea usque ad duo puncta quae inpressimus sciat in Septuaginta translatoribus plus haberi; ubi autem stellae similitudinem perspexerit, de hebraeis voluminibus additum noverit, aeque

---

Codd. RFWΦ *etc.*

Tit. Incipit praefatio sancti hieronimi pr(e)sbiteri Φ — praefatio sancti hieronimi praesbiteri (prsb̄ incipit K) K M — incipit prephatio (prologus Ψᴮ) sancti hieronimi (ier. Ψᴮ) p̄bri ad paulam matronam et eustochium uirginem ΨᴮV — incipit praefatio eosebi hieronimi R — item unde supra hieronimi WT — prologus beati hieronymi in psalterium (+ gallicum f) quod secundum septuaginta editionem (aed. f) correxit (+ ad paulam et eustochium : addita ab illis uel omissa ex hebraeis obelis asteriscisque distinguens f) fre — d. hieron. pres. in psalterium prologus g — eiusdem in psalterium quod secundum septuaginta editionem correxit, praefatio c — *sine titulo* FΩᴹa.

1. ∽ dudum romae F | positum Ψᴮ M; *om.* Ωᴹ | emendarem R | 2. liceat T* | cursum F*(*ut vid.*)Φᴿᴳ | illud] tamen af grec; *praem.* tamen M | correxeram] Φᵛ*; correxeret Φᵛ² | 3. eusthochium Φᴳ; eustochiã M | 4. cogetis Φᴿᴳ M; cogitetis Φᵛ K; *praem.* me Mafgrec | 5. uelut WT; + uno M | quondam V | nouati R | aruum] ageri Ωᴹ | 6. eradicerem Ωᴹ | 7. male *om.* a | consuetam praefationem M | praef.] preparatione F | 8. tam *om.* M | 9. istiusmodi] istius WT | quae] qui M | 10. transcribant f | lineam + ÷ F² ΨᴮV | 11. ∽ radiantia signa afgrec | radiantia + ※ F²Ψᴮ | uel (*l°*) *om.* afgrec | oboelos FΦᴾa; obelus Ψᴮ; oboelus M; obellus V; + ÷ ΦKΨᴮΩᴹM²TV | asteriscus ΨᴮMV; *praem.* ※ F²; + ※ WΦK ΨᴮΩᴹM²TV | et] ut M | ∽ uiderit uirgulam WΦKΨᴮΩᴹTVafgrec | 12. praecidentem R | 13. translat.] interpretibus f | plus *om.* Ωᴹ* | habere R | stillae RF* | 14. praespexerit R; prospexerit f | ∽ perspexerit stellae similitudinem agrec | nouerit] non fuerit R* | aeque] atque M.

usque ad duo puncta, iuxta Theodotionis dumtaxat editionem qui simplicitate sermonis a Septuaginta interpretibus non discordat. Haec ego et vobis et studioso cuique fecisse me sciens, non ambigo multos fore qui vel invidia vel supercilio *malint contemnere videri praeclara quam discere*, et e turbulento magis rivo quam de purissimo fonte potare.

EXPLICIT PRAEFATIO

4. Locus incertus quem Hieronymus etiam in sequenti praefatione profert (p. 6, l. 14) et in praefatione ad librum Paralipomenon de graeco emendatum (p. 9, l. 13 edit. nostrae) Plinio adtribuit.

Codd. RFWΦ *etc.*

1. theodosionis M; theudotionis W; theodomonis Ψ^{B} | 2. ego = R*F; ergo R^{2} *cum rell. codd. et edd.* | 3. et (*1°*) = RFafgrec; *om. rell. codd.* | me *om.* R*M | ∼ me fecisse Ω^{M} | 4. uel (*1°*) *om.* f | malint] F*; mallint F^{2}; malent Φ^{RG}a; mallent R*W$\Psi^{B}\Omega^{M}$T; mallet M; manent V | uidere W$\Phi\Psi^{B}$MV; et uidere a | 5. e = R; de FΩ^{M}Mafgrec; *om. rell. codd.*

Subscr. explicuit praefatio Φ^{P} — explicit (explicuit Φ^{R}) praefatio sancti hieronimi pr(e)sbyteri (*om.* Φ^{V}) Φ^{RGV} — explicit prologus M — explicit K — finit R — *sine subscr.* FW$\Psi^{B}\Omega^{M}$TVafgrec.

ITEM ALIA EIUSDEM PRAEFATIO

Eusebius Hieronymus Sofronio suo salutem.

Scio quosdam putare psalterium in quinque libros esse divisum, ut ubicumque apud Septuaginta interpretes scriptum est γένοιτο γένοιτο,

---

Codd. RFΣ^{T}H *etc.*

Tit. incipit eiusdem praefatio Φ^{P} — incipit praefatio RH — incipit prephatio sancti hiẹronimi p̄bri ad damasum papam V — incipit praefatio sancti hieronymi in librum psalmorum iuxta hebraicam ueritatem m — incipit liber psalmorum qui hebraice dicitur sephartallim id est uolumen ymnorum prefatio Λ^{L} — incipit prologus sancti hieronimi (iher. C) de libro psalterii CB — incipit prologus sancti iheronimi presuiteri in libro psalmorum Σ^{T} — incipit prologus beati hieronimi in psalterium iuxta hebr̥eos quod ipse transtulit in latinum G — prologus beati ieronimi p̄sbiteri in psalterium quod ipse de hebraico transtulit in latinum g — prologus beati hieronymi in psalterium hebraicum: id est quod secundum ueritatem traduxit hebraicam ad petitionem sophronii f — *sine titulo* FALΩ^{M}[.

1. eusebius — salutem *om.* F$\Sigma^{T}\Omega^{M}$ Vf | eusebius *om.* A | hieronimus RHBΛ^{L} GLΦ^{P}; iheronimus C; ieronimus g | sofronio suo salutem *om.* R | soffronio G; suffronio A; sophronio $\Lambda^{L}\Phi^{P}$gm[| salutem + dicit Λ^{L}LΦ^{P} | 2. ∼ esse libros Σ^{T} | 3. ut] et L; *om.* A | apud — interpretes *om.* g | γεν. γεν. id est *om.* g | ∼ genuiton genuiton scriptum est Ω^{M}.

id est fiat fiat, finis librorum sit, pro quo in hebraeo legitur AMEN AMEN. Nos autem Hebraeorum auctoritatem secuti et maxime Apostolorum qui semper in Novo Testamento Psalmorum librum nominant, unum volumen adserimus. Psalmos quoque omnes eorum testamur auctorum qui ponuntur in titulis, David scilicet et Asaph et Idithun, filiorum Core, Eman Ezraitae, Mosi et Salomonis et reliquorum, quos Ezras uno volumine conprehendit. Si enim AMEN, pro quo Aquila transtulit *πεπιστωμένως*, in fine tantum librorum ponitur et non interdum aut in exordio aut in calce sermonis sive sententiae, numquam et Salvator in Evangelio loqueretur: *Amen amen dico vobis*, et Pauli epistulae in medio illud opere continerent, Moses quoque et Hieremias et ceteri in hunc modum multos haberent libros, qui in mediis voluminibus suis AMEN frequenter interserunt, sed et numerus viginti duorum hebraicorum librorum et mysterium eiusdem numeri commutabitur. Nam et titulus ipse hebraicus SEPHAR THALLIM, quod interpretatur *Volumen hymnorum*, apostolicae auctoritati congruens, non plures libros, sed unum volumen ostendit.

10. Ioh. 1,51 *etc.*

Codd. RFΣᵀH *etc.*

1. fiat fiat fiat V | quo] eo quod G Ωᴹgⱡ | 2. nos — 4. adserimus *om.* g | autem *om.* GΩᴹ | apostolos Λᴸ | 3. librorum L* | 4. psalmos — 7. conprehendit *in finem praefationis transtulit* g | psalmos quoque] psalmosque RC; + non Ωᴹ | testantur G | 5. titulis + nominis scilicet misterio sunt enim omnes $\overline{dd}$ Ωᴹ | et (*I°*) *om.* FHCBGLΩᴹgfmⱡ | iditum f; ydithim g | 6. core] F*; corae RΣᵀHf; chore F²CBGΩᴹV; chorae A; chori g | aeman HΛᴸLV; heman CB; etman R | ezraite ΣᵀHΛᴸ(ęz.)GΩᴹ; ezraitte R²; ezrahitae fmⱡ; aezrahitae A; ezratte R*; aetaraitę V; hesdra item C; ezdra item B; ebraice g | mosi = Am; et moysi R*; moysi R², *rell. codd. et edd.* | et (*I°*) *om.* B | ęzras Λᴸ; ezra A; esdras C(hes.)BΩᴹ Vgf | uno] primo f | 7. si — 14. commutabitur *om.* g | si] sit V | amen + fideliter A; + amen f | quo *om.* F* | transtulit *om.* FΩᴹ | *πεπιστωμενως*] *γενοιτο γενοιτο* id est fiat fiat f | 8. in finem A V | tantummodo GΩᴹfⱡ; tamen Σᵀ | poneretur fm | 9. et *om.* GΩᴹf | ∽ in euangelio saluator Ωᴹ | 10. loqueretur] legeretur A | 11. ∽ opere illud Ωᴹ | non continerent f; non contineretur Ωᴹ | moses = L*m; moises ΣᵀV; moyses L², *rell. codd. et edd.* | et (*I°*) *om.* B | ieremias Ωᴹmⱡiheremias C; heremias Σᵀ | 13. intersererent A | numeros G | uiginti et duo CB | hebreorum CB | libr.] sermonum V | ∽ librorum hebr. Ωf | 14. commut.] computabitur Ωᴹ | nam et] sed g | ipsius F | 15. sephar thallim = Vm; sephar tallim FΣᵀCΛᴸGLΦᴾⱡ; separ thallim H; sephear theallim A; sephar thaimi R*; sephar thallimi R²; sephar talbin g; sophar tallim B; sefer tillim Ωᴹ; sepher thehilim f | apost. auct. congr. *om.* g | 17. ostendunt Φᴾ; + sed et si plures libri essent numerus ipse uiginti duorum hebraicorum librorum et misterium eiusdem numeri commutaretur g.

Quia igitur nuper cum Hebraeo disputans quaedam pro Domino Salvatore de Psalmis testimonia protulisti, volensque ille te eludere, per sermones pene singulos adserebat non ita haberi in hebraeo ut tu de Septuaginta interpretibus opponebas, studiosissime postulasti ut, post Aquilam, Symmachum et Theodotionem, novam editionem latino sermone transferrem. Aiebas enim te magis interpretum varietate turbari et amore quo laberis vel translatione vel iudicio meo esse contentum. Unde inpulsus a te, cui et quae non possum negare non possum, rursum me obtrectatorum latratibus tradidi, maluique te vires potius meas quam voluntatem in amicitia quaerere. Certe confidenter dicam et multos huius operis testes citabo, me nihil dumtaxat scientem de hebraica veritate mutasse. Sicubi ergo editio mea a veteribus discreparit, interroga quemlibet Hebraeorum et liquido pervidebis me ab aemulis frustra lacerari, qui *malunt contemnere videri praeclara quam discere*, perversissimi homines. Nam cum semper novas expetant voluptates, et gulae eorum vicina maria non sufficiant, cur in solo studio Scripturarum veteri sapore contenti sunt? Nec hoc dico, quo praecessores meos mor-

14. Locus incertus. Vide praef. praeced. p. 4, l. 4.

Codd. RFΣᵀH *etc.*

1. igitur] ergo g | ∿ cum hebreo nuper A | 2. uolens (que *om.*) g | ∿ te ille LΩᴹ | illudere ΩᴹΦᴾf̄m; inludere ΣᵀH ΛᴸLV; cludere CB*; concludere B² | 3. habere R*g | hebraico Ωᴹ | ut] quod CB | 5. aquilę F; + et ΣᵀHΛᴸLΦᴾVf̄m | symmacum C; symacum F; simmachum GL V; simmacum ΣᵀΩᴹ; simachum Λᴸ; simacum B²g; simagum B* | theodocionem g; theodutionem F*; theudotionem V; teudotionem B; theudotione Σᵀ | latino sermone *om.* Ωᴹ | 7. amore] amorem tuum f̄ | contemtum R; contemptum Ωᴹ | 8. qu(a)e non possum negare non possum = R*CBA *cum Hier. contra Ruf. 2, 30 sec. codd. Vat. lat. 360 et 361*; qu(a)e possum negare non possum ΣᵀH² ΛᴸLm; quae possum negare possum H*; que non possum negare non F; quae possum negare non possum debeo V; qu(a)e non possum (possunt Ωᴹ) debeo R²GΩᴹgl; quae possum debeo et quae non possum f̄; quae possum negare non possum cui et quae possum debeo et quae non possum Φᴾ | 9. rursum *om.* ΛᴸΦᴾV | ∿ meas potius Ωᴹg | 10. in ami(c)itiam FCAΛᴸ | 11. testes *om.* G* | scienter Ωᴹ; sententiae f̄ | 12. mutare Σᵀ | sic ergo ubi V; ubi ergo R* | aeditione mea V | discreparit] Σᵀ*; discrepauerit Σᵀ²(-berit)CBA; discrepat Ωᴹg | 14. lacerari] laniari Λᴸ | qui] quia L*ΦᴾV; + uel inuidia uel supercilio l, *cf. praec. praef. p.* 4, *l.* 4 | uid. praecl.] peruersis F | uidere CBΛᴸg | 15. peruersissime RA | hominis F; + et de turbulento magis riuo quam de purissimo fonte potari l, *cf. praec. praef. p.* 4, *l.* 5 | expetunt B; expectant FGΩᴹΦᴾV; extant Σᵀ | uolumptates B*; uoluntates AG | et *om.* F | 16. guile Σᵀ B*; uuilae C | sufficiunt F; sufficiat Λᴸ | 17. sapori CB; sopore V | sunt] A*; sint A²; *om.* B | nec] ne Φᴾ | quo] quod CB Ωᴹg | praedecessores m.

deam, aut quicquam de his arbitrer detrahendum quorum translationem diligentissime emendatam olim meae linguae hominibus dederim; sed quod aliud sit in ecclesiis Christo credentium Psalmos legere, aliud Iudaeis singula verba calumniantibus respondere.

Quod opusculum meum si in graecum ut polliceris transtuleris, *ἀντιφιλονεικῶν τοῖς διασύρουσιν*, et inperitiae meae doctissimos quoque viros testes facere volueris, dicam tibi illud Oratianum: *In silvam ne ligna feras.* Nisi quod hoc habebo solamen, si in labore communi intellegam mihi et laudem et vituperationem tecum esse communem. Valere te in Domino Iesu cupio, et meminisse mei.

EXPLICIT PRAEFATIO

7. Horat. sat. 1, 10, 34.

Codd. RFΣ^{T}H *etc.*

1. quicquid L†Ω^{M} | de eis Ω^{M}; ab iis f | arbitror g; arbitres F; arbiter BG* | translatione dil. emendata Λ^{L} | 2. diligenter Ω^{M} | ∼ linguae meae LΩ^{M} | 3. quo R | in *om.* Ω^{M} | christi Λ^{L}Φ^{P}V | 4. iudeis Σ^{T}B ALΩ^{M}; a iudeis V; eis C | ∼ calumniantibus singula uerba AGΩ^{M}gl | 6. *αντιφιλ.* — 7. uolueris *om.* g | *αντιφιλονεικων τοις διασυρουσιν* = l; *ΑΝΤΙΦΙΛΟΝΙΚΩΝ ΤΟΙC ΔΙΑCΥΡΟΥCΙΝ* R^{2}; *ΑΝΤΙΦΙΛΟΝΙΚΟΝ ΤΟΙC ΔΙΑCΥΡΟΥCΙΝ* G; *ΑΝΤΙΦΑΟΝΙΚΩΝ ΟΤΙ Δ*CΥΡΟΥCΙΝ* F; *ΑΝΤΙΦΑΟΝΙΚΩΝ ΤΟ ΒΑΙΑ CΥΡΟΥCΙΝ* R*H *et, paucis litteris mutatis,* Σ^{T}Λ^{L}Φ^{P}V; *αντι φοινικων τα βαια συρουσιν* m (*in notis*); *corruptum in* CB; id est (*post spat. rel.*) A; *om.* L(*spat. rel.*)Ω^{M}fm(*in textu*) | meae *om.* V | quosque CBΛ^{L}Ω^{M} | ∼ uiros quoque AGl | 7. uolueris *om.* FCBAG ¦ oratianum] Σ^{T}*; horatianum CGfml; horaciañ Ω^{M}; orationum Σ^{T2}BAΛ^{L}*Φ^{P}V; oracii g; h*rotantum F | 8. feres g | hoc habeo (ab. V) solamen Vf; hoc solamen habeo qui g; habeo hoc tecum solamen Ω^{M} | communi] quoniam g | 9. et ... et] uel ... uel AGgl | esset V | commune F | 10. ualere te in domino iħu cupio et meminisse mei = R(*om.* iesu)FΩ^{M}m; ualere te in domino cupio iħu et meminisse mei L; ualere te cupio in domino iħu et meminisse mei AGgl; uale in domino iħu cupio te meminisse mei Σ^{T}HΛ^{L}Φ^{P}V; uale in christo cupio te meminisse mei f; *om.* CB.

Subscr. explicit (explicuit Φ^{P}) pr(a)efatio Σ^{T}HΛ^{L}Φ^{P}m — explicit prologus A — explicit prologus sancti hieronimi (iher. C) CB — explicit prologus beati ieronimi g — explicit L — *sine subscr.* RFGΩ^{M}Vfl.

INCIPIT EPISTULA SANCTI HIERONYMI AD SUNNIAM ET FRETELAM DE PSALTERIO QUAE DE LXX INTERPRETUM EDITIONE CORRUPTA SINT

(EPISTULA CVI)

Dilectissimis fratribus Sunniae et Fretelae et ceteris qui vobiscum Domino serviunt Hieronymus.

Vere in vobis Apostolicus et Propheticus sermo conpletus est: *In omnem terram exiit sonus eorum et in fines orbis terrae verba eorum.* Quis hoc crederet, ut barbara Getarum lingua hebraicam quaereret veritatem, et dormitantibus, immo contendentibus Graecis, ipsa Germania Spiritus sancti eloquia scrutaretur? *In veritate cognovi, quod non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum et operatur Dei iustitiam acceptus est illi.* Dudum callosa tenendo capulo manus et digiti tractandis sagittis aptiores ad stilum calamumque mollescunt, et bellicosa pectora vertuntur in mansuetudinem christianam. Nunc et Esaiae vaticinium cernimus opere conpletum: *Concident gladios suos in aratra et lanceas suas in falces et non adsumet gens contra gentem gladium et non discent ultra pugnare.* Rursumque in eodem: *Pascetur lupus cum agno et pardus requiescet cum haedo, et vitulus et leo et taurus pascentur simul et puer parvulus ducet eos, et bos et ursus in commune pascentur parvulique eorum erunt pariter, et leo et bos comedent paleas*, non ut simplicitas in feritatem transeat, sed ut feritas discat simplicitatem.

Quaeritis a me rem magni operis et maioris invidiae, in qua scri-

3. Ps. 18,5; Rom. 10,18 7. Act. 10, 34-35 12. Esai. 2,4 14. Esai. 11, 6-7

Codd. RLTCKP.

Tit. Incipit — hier. *om.* h | incipit *om.* C | hieronimi RLTCKP | sumniam C | sunt CP.

1. dilectis P | ceteris + fratribus P | 2. hieronimus RLTCKP | 4. exiuit T CP | 6. germana T | 7. quod] quoniam T | 8. dei *om.* C | 9. acceptum T | 10. digitis tractando C | 11. esaie K*; isaię R; ysaię C; ysaye K² | ∿ uatic. ysaię C | 12. suos *om.* P* | 13. assument C; adsumit R | 14. discent] disserit R | ultra] amplius T | pascitur RLCKP | 15. requiescit RLTCK | 16. ducit RLTCK | 17. erunt *om.* C | et bos com. paleas *om.* P† | cōmedunt C | ∿ paleas comedent T | 19. quaeris RLTK*.

bentis non ingenium, sed eruditio conprobetur, ut dum ipse cupio iudicare de ceteris, iudicandum me omnibus praebeam, et in opere psalterii iuxta digestionem schedulae vestrae, ubicumque inter Latinos Graecosque contentio est, quid magis Hebraeis conveniat significem. In quo illud breviter admoneo, ut sciatis aliam esse editionem quam Origenis et Caesariensis Eusebius omnesque Graeciae tractatores *κοινά*, id est communem appellant atque vulgatam, et a plerisque nunc *Λουκιάνειος* dicitur, aliam Septuaginta interpretum, quae et in *ἑξαπλοῖς* codicibus repperitur et a nobis in latinum sermonem fideliter versa est et Hierosolymae atque in Orientis ecclesiis decantatur. Super qua re et sanctus et filius meus Avitus saepe quaesierat, et quia se occasio fratris nostri Firmi presbyteri dedit, qui mihi vestram epistulam reddidit, vobis scribens in commune respondeo et me magno amicitiae libero foenore quod, quanto magis solvimus, plus debemus. Sicut autem in Novo Testamento, si quando apud Latinos quaestio exoritur et est inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontem graeci sermonis, quo Novum scriptum est Instrumentum, ita in Veteri Testamento, si quando inter Graecos Latinosque diversitas est, ad hebraicam confugimus veritatem, ut, quicquid de fonte proficiscitur, hoc quaeramus in rivulis. *Κοινή* autem ista, hoc est communis editio, ipsa est quae et Septuaginta; sed hoc interest inter utramque, quod *κοινή* pro locis et temporibus et pro voluntate scriptorum vetus corrupta editio est, ea autem, quae habetur in *ἑξαπλοῖς* et quam nos vertimus, ipsa est quae in eruditorum libris incorrupta et inmaculata Septuaginta interpretum translatio reservatur. Quicquid ergo ab hac discrepat, nulli dubium est, quin ita et ab Hebraeorum auctoritate discordet.

Codd. RLTCKP.

1. conprobetur] L^2(e *corr. ut vid.*) | 2. ∿ de ceteris iudicare P | 4. contentio] intentio C | 5. quo] qua C | origenes h | 6. cesariensis P; cęsariense[··] R; censariensis K* | omnisque R | *KOINH* T | 7. commune LT | *λουκιανειος* = h; lucianios RLTKP; lucianos C | 9. hierosolimę TKP; hierusolymę R; hierusolimae LC | 10. in (*ante* orientis) *om.* C | decantantur P | supra C | sanctus *om.* P | 11. et (*1°*) *om.* L^2TPh | 12. ∿ epist. uestram P | reddedit R*; tradidit R^3h; tradedit R^2 | uobis = R^2; a uobis R*LTCPh; *om.* K | 13. in communem C | 15. si *om.* K* | 17. ita + et R^2h | 19. *KOINON* C | 20. ∿ communis ista hoc est P | editio = Rh; dictio LTCKP | et] in P; et in K | 21. interest *om.* C | inter] in P | *KOINON* C | 25. et *om.* P | 26. auctoritate] ueritate C.

Prima de quinto psalmo quaestio fuit: *Neque habitabit iuxta te malignus.* Pro quo habetur in graeco: *Οὔτε παροικήσει σοι πονηρός* sive *πονηρευόμενος*, ut vulgata editio continet. Et miramini cur *παροικίαν*, id est *incolatum*, latinus interpres non verterit, sed pro hoc posuerit *habitationem*, quae graece dicitur *κατοικία*. Quod quidem in alio loco fecisse convincitur: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* Et in quarto decimo psalmo rursum pro *incolatu habitationem* posuit: *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo?* Et sciendum, quod si voluerimus dicere: *Domine, quis incolet tabernaculum tuum?*, vel illud e quinto: *Neque incolat iuxta te malignus*, perdes *εὐφωνίαν*, et dum interpretationis *κακοζηλίαν* sequimur, omnem decorem translationis amittimus; et hanc esse regulam boni interpretis, ut *ἰδιώματα* linguae alterius suae linguae exprimat proprietate. Quod et Tullium in † Protagora † Platonis et in *Οἰκονομικῷ* Xenofontis et in Demosthenis contra Aeschinen oratione fecisse convincimus, et Plautum, Terentium Ciciliumque, eruditissimos viros, in graecis comoediis transferendis. Nec ex eo quis latinam linguam angustissimam putet, quod non possit verbum transferre de verbo, cum etiam Graeci pleraque nostra circuitu transferant et verba hebraica non interpretationis fide, sed linguae suae proprietatibus nitantur exprimere.

De eodem psalmo: *Dirige in conspectu meo viam tuam.* Pro quo habetur in graeco: *Κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου*, hoc est: *Dirige*

1. Ps. 5,6 6. Ps. 119,5 7. Ps. 14,1 9. Ps. 5,6 20. Ps. 5,9

Codd. RLTCKP.

1. prima] K*; primo K² | quinta K* | habitauit K* | te *om.* P² | 2. *ουτε*] *OYTAЄ* R*; *OY* R²TC² (*in ras.*) | *ΠΑΡΟΙΚЄCΙ* RL; *ΠΤΑΡΟΙΚЄΙ* P | *πονηρος* siue *om.* T | ∽ *ΠΟΝΗΡЄΥΟΜЄΝΟC* siue *ΠΟΝΗΡΟC* C | 3. et miramini — uerterit *om.* R*LTCK* | *παροικιαν*] ita *NOIKIAN* R²(*ut vid.*)P | 4. uerteret K²P | habitatione R*LTC | 9. e] K*; de TK²Ph | 10. perdes] K*; perdit K²; perdidit P | *ευφωνιαν*] *ЄVΦΩNIAM* T²; *ЄOΦΩNIAN* L K; *ЄOΦΩNIAM* T*; *COΦΩNIAN* C *qui in marg.* cacophonian *inscribit* | *κακοζηλιαν*] *KAKOΛЄξIAN* C | 11. ammittimus C | 13. proprietate] L² (etate *in ras.*); proprietatem K | quod + quidem K²P | protagora *restituimus cum* h; pitagora LTCKP; pytagora R | 14. demostenis P | ęschinen P² (ch *in ras.*); *eschinen L; eschinen C | orationem *omn. codd.* | 15. terrentium R*LK*P | ciciliumque = L*T C; ceciliumque R²L²; caeciliumque h; etciliumque R*; ciliciumque KP | 16. comoediis] L*³; comediis R²; comoedis L² TK; comedis R*C | 17. posset P | 18. plerique C | nostra] nomina T | circuitu] circuit ut L* (*ut uid.*)K; circuitu ut R*; circuiunt ut T; circuunt ut C. ¶ uel circueunt K² | 19. ∽ linguę sed P | 21. graeco + *KOINH* editio R | *μου*] *SOY* P.

in conspectu tuo viam meam. Quod nec Septuaginta habent nec Aquila nec Symmachus nec Theodotio, sed sola *κοινή* editio. Denique et in hebraeo ita scriptum repperi: OSER LAPHANOI † DARCHACH †, quod omnes voce simili transtulerunt: *Dirige in conspectu meo viam tuam*, secundum illud, quod et in oratione Dominica dicitur: *Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum*, non quo nobis orantibus sanctificetur quod per se sanctum est, sed quo petamus, ut, quod per naturam sui sanctum est, sanctificetur in nobis. Ergo et nunc Propheta postulat, ut via Domini, quae per se recta est, etiam sibi recta fiat.

De sexto psalmo: *Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei.* Et dicitis in graeco *vehementer* non haberi. Scio, sed hoc vulgata. Ceterum et in hebraeo habet MOD, id est *vehementer*, et omnes *σφόδρα* similiter transtulerunt.

De septimo psalmo: *Iudica me, Domine, secundum iustitiam meam.* Pro quo habetur in graeco *κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου*, id est *iuxta iustitiam tuam.* Sed et in hoc male; in hebraeo enim SEDECHI habet, quod interpretatur *iustitia mea*, et non SEDECACH, quod *iustitiam tuam* sonat. Sed omnes interpretes *iustitiam meam* voce simili transtulerunt. Nec cuiquam videatur temerarium, quod iudicari secundum iustitiam suam postulet, cum et sequens versiculus hoc ipsum significet: *Et secundum innocentiam meam super me*, et sexti decimi psalmi hoc exordium sit: *Exaudi, Domine, iustitiam meam*, et in septimo decimo quoque dicatur: *Retribuit mihi Dominus secundum iustitiam meam et secundum puritatem manuum mearum reddet mihi*, in vicesimo quoque quinto psalmo scriptum sit: *Proba me, Domine, et tempta me, ure renes meos et cor meum*, et

5. Matth. 6,9 10. Ps. 6,11 14. Ps. 7,9 20. Ps. 7,9 22. Ps. 16,1 23. Ps. 17,21 25. Ps. 25,2

Codd. RLTCKP.

1. meo uiam tuam K* | 2. simmachus RLTK; symachus P | teodotio L; theudocio C | sed sola *om.* C | *KOINON* C | 3. ita] nam C | laphanai RT; laphanωi L; lapharnoi KP; laphanum C | darchach *restituimus cum* h; darchachi *omn. codd.* | 4. uoces R | meo uiam tuam] *in ras.* P² | 5. et *om.* C | 6. quo] K*; quod K²P | 7. quo] K*; quod K² | per (2°) *om.* P* | 11. ∼ uehementer in greco P | hoc *om.* R* | uulgata] K*; in editione uulgata K²P | 12. mod] modũ P | 14. domine *om.* C | 16. et *om.* P | sedechi = P h; sedeche R²; sedece R*LTK; seddece C | 17. iust. mea] R*; iustitiam meam R² | sedecach = h; sedechah RLTK; sedachah P; sechach C | 18. sed + et P | uoci R | 19. iudicare R | suam] meam C | 22. et *om.* RLK | dicatur] dicitur R T; psalmo C | 23. retribuit] L*; retribuet L²Ch | 24. quinto *om.* C | 25. sit] est C.

in quarto dicatur: *Cum invocarem, exaudivit me Deus iustitiae meae,* et in octogesimo quinto: *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum,* Iacob quoque loquatur in Genesi: *Exaudiet me cras iustitia mea.*

De octavo psalmo: *Quoniam videbo caelos tuos.* Et dicitis, quod *tuos* in graeco non habeat. Verum est, sed in hebraeo legitur SAMACHA, quod interpretatur *caelos tuos,* et de editione Theodotionis in Septuaginta interpretibus additum est sub asterisco. Cuius rei breviter vobis sensum aperiam: ubi quid minus habetur in graeco ab hebraica veritate, Origenis de translatione Theodotionis addidit et signum posuit asteris, id est stellam, quae, quod prius absconditum videbatur, inluminet et in medium proferat; ubi autem quod in hebraeo non est, in graecis codicibus invenitur, obelon, id est iacentem, praeposuit, quam nos latine veru possumus dicere, quo ostenditur iugulandum esse et confodiendum quod in authenticis libris non invenitur. Quae signa et in Graecorum Latinorumque poematibus inveniuntur.

Sexto decimo: *Oculi tui videant aequitates.* Pro quo in graeco vos legisse dixistis *οἱ ὀφθαλμοί μου,* id est *oculi mei.* Sed rectius *oculi tui,* quia et supra dixerat: *De vultu tuo iudicium meum prodeat,* ut oculi Dei in Propheta operante, non prava, sed recta conspiciant. In ipso: *Custodi me ut pupillam oculi.* Dicitisque in graeco legi: *Custodi me, Domine.* Quod nec in hebraeo nec in ullo habetur interprete. In eodem: *Exsurge, Domine, praeveni eum et subplanta eum.* Pro quo in graeco sit: *Πρόφθασον αὐτούς,* id est *praeveni eos et subplanta eos.* Sed melius si legatur numero singulari, siquidem de impio dictum est, de quo sta-

1. Ps. 4,2 2. Ps. 85,2 3. Gen. 30,33 4. Ps. 8,4 16. Ps. 16,2 18. ibid 20. Ps. 16,8 22. Ps. 16,13

Codd. RLTCKP.

1. inuocarem te exaudisti me C | 5. ∿ in greco tuos C | 6. theodotionis + addit et signum posuit R, *cf. infra l.* 9 | 7. uobis *om.* C | ∿ sensum breuiter uobis T* | 8. aperiant C | quid] K*; quod CK² | 9. origenes h | addit R | et signum pos. ast.] sub asterico C | 10. asteris = R*LK*; asterisci Th; asteriscum R²K²P | stillam L* | 11. hebraico P | 12. praeposuit] *praem.* lineam R²; + uirgulam K²P | latini P | 13. ueru] uerum C | quo] quod C | esse] K*; ut est K² (*ut vid.*) | 16. sext. dec.] in XVI° p̄s C (*et sic deinceps*); *numeros om.* T *usque ad ps.* XLI | pro — graeco *post* μου (*l.* 17) *transp.* R*LTCK* | 17. dicitis CP | oculi tui] oculum R*LT; ocul** K* | 19. dei] domini KP | operante] recta aperante R* | praua] parua R* | conspiciunt R*; conspiciat P | 20. me (*l°*) + domine P | dicitis quod CK²; dicitis q*** K* | lege K*; legitis C | 21. in nullo TC | 23. sit] sic C | αυτους + *ΚΑΙ ΥΠΟΣΚΕΛΙΣΟΝ ΑΥΤΟΥΣ* R².

tim sequitur: *Praeveni eum et subplanta eum; eripe animam meam ab impio.* Nullique dubium, quin diabolum significet.

Septimo decimo: *Grando et carbones ignis.* Et quaeritis, cur graecus istum versiculum secundum non habeat interpositis duobus versibus. Sed sciendum, quia de hebraico et Theodotionis editione in Septuaginta interpretibus sub asterisco additum sit. In eodem: *Qui perfecit pedes meos tamquam cervorum.* Pro quo scribitis in graeco inveniri ὡσεὶ ἐλάφου, id est *tamquam cervi*, singularem numerum pro plurali. Sed in hebraeo pluralis numerus positus est CHAIALOTH, et omnes interpretes pluralem numerum transtulerunt. In eodem: *Et dedisti mihi protectionem salutis tuae.* Pro quo in graeco vos legisse dixistis τῆς σωτηρίας μου, id est *salutis meae.* Sed in hebraeo IESACHA *salutis tuae* significat, non *meae*; quod et omnes interpretes transtulerunt. In ipso: *Subplantasti insurgentes in me subtus me.* Pro quo in graeco plus invenisse vos dicitis *omnes insurgentes.* Sed *omnes* additum est. In eodem: *Vivit Dominus et benedictus Deus meus.* Et dicitis in graeco non haberi *meus.* Quod non sub asterisco, sed ab ipsis Septuaginta de hebraica veritate translatum est et cuncti interpretes in hac parte consentiunt. In eodem: *Liberator meus de gentibus iracundis.* Pro quo in graeco invenisse vos dicitis *ab inimicis meis fortibus* sive *potentibus.* Et quia semel veritati studemus, si quid vel transferentis festinatione vel scribentium vitio depravatum est, simpliciter confiteri et emendare debemus. In hebraeo nihil aliud habet nisi hoc: *Liberator meus ab inimicis meis*; Septuaginta *iracundis* addiderunt. Et pro *gentibus* tam in hebraeo quam in cunctis interpretibus *inimici* positi sunt; et miror, quomodo pro *inimicis gentes* mutatae sint.

Octavo decimo: *Exultavit ut gigans ad currendam viam suam.* Et

3. Ps. 17,13 4. Ps. 17,14 6. Ps. 17,34 10. Ps. 17,36 13. Ps. 17,40 15. Ps. 17,47 18. Ps. 18,48 27. Ps. 18,6

Codd. RLTCKP.

3. carbonis R* | 4. secundum] R*; secundo R^2 | 5. de *om.* R*LTK* | et] K*; et de K^2P | thoeodotionis K†; theudotionis C | 6. eodem + psalmo C | perficit L^2 (*pr.* i *in ras.*) | 7. scribitis *om.* P | 10. in eodem — 13. transtulerunt *om.* C | 11. της *om.* T | 16. deus] *in ras.* P | meus (2°)] deus meus P* | 19. meus de] meus P*; de P^2 | ∽ uos inuenisse P | 20. semel] simul P* | 21. transferentes K*; transferendis K^2 | 23. habetur P | nisi hoc *om.* R*LTCK* | septuaginta = K^2P; septuaginta autem R^2h; ita autem R*LTC K* | 25. inmutatae R* | 26. sunt TKCP | 27. gigans] R*L* (*ut vid.*); gigas R^2L^2P | suam *om.* C.

dicitis quod in graeco *suam* non habeat. Sed hoc nos sub veru additum repperimus et in hebraeo non esse manifestum est.

Nono decimo: *Tribuat tibi secundum cor tuum.* Et dicitis in graeco vos hoc versiculo additum nomen Domini repperisse. Quod superfluum est, quia ex superioribus *ἀπὸ κοινοῦ* subauditur, unde coepit et psalmus: *Exaudiat te Dominus in die tribulationis,* ut et hic sub eodem sensu dicatur: *Tribuat tibi secundum cor tuum,* id est ipse Dominus, de quo supra dictum est. In eodem: *Et exaudi nos in die qua invocaverimus te.* Pro quo legisse vos dicitis *in quocumque die.* Sed superius cum hebraica veritate concordat, ubi scriptum est BIOM, id est *in die.*

Vicesimo primo: *Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me.* Pro quo dicitis invenisse vos *meum.* Quod et verum est, et ita corrigendum. Breve enim: si quid scriptorum errore mutatum est, stulta credimus contentione defendere. In eodem: *Universum semen Iacob magnificate eum.* Pro quo in graeco scriptum sit *δοξάσατε αὐτόν,* id est *glorificate eum.* Sed sciendum quod ubicumque in graeco *glorificate* scriptum est, latinus interpres *magnificate* transtulerit, secundum illud quod in Exodo dicitur: *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est,* pro quo in graeco scribitur *glorificatus est*; sed in latino sermone si transferatur, fit indecora translatio. Et nos emendantes olim psalterium, ubicumque sensus idem est, veterum interpretum consuetudinem mutare noluimus, ne nimia novitate lectoris studium terreremus.

Vicesimo secundo: *Calix meus inebrians quam praeclarus est.* Pro quo in graeco legisse vos dicitis *calix tuus.* Sed hoc in *κοινῇ* errore obtinuit. Ceterum et Septuaginta et hebraicum et omnes interpretes *calix meus*

3. Ps. 19, 5 6. Ps. 19, 2 8. Ps. 19, 10 11. Ps. 21, 20 14. Ps. 21, 24 18. Exod. 15, 1 24. Ps. 22, 5

Codd. RLTCKP.

1. graeco + uiam C | nos *om.* C 4. hoc] in hoc R^2C | 5. *απο κοινου*] *ЄПАКОУСЄІ СОІ* $\overline{КС}$ P | 6. sensu — 8. in eodem *om.* R*LTCK | 8. et *om.* P | 9. ∿ uos legisse T* | 11. tu] *praem.* deus meus deus meus quare me dereliquisti. illud quod in medio uersiculo est: respice in me superfluum est. in eodem C | 12. pro quo = R^2h; quo R*; quod LTCKP | uos = R^2Ch; non uos R*LTK; uos non P | et *om.* C | 13. breue] R*K*; neque R^2K^2P | 14. credimus] K*; debemus K^2P. ¶ aɨ debem[···] R^2 | 15. sit] est T* | 19. glorif. est] ¶ *ΔЄΔΟΖΑСΘΑІ* R^2 | 21. idem est] id ē P | uetterum] uerum C | 22. mutare *om.* P* | 24. preclarum C | 25. errore] R*L*; error R^2 L^2 | 26. ceterorum R*L*T(cęt.)KP.

habent, quod hebraice dicitur CHOSI; alioquin, si *calix tuus* esset, diceretur CHOSACH.

Vicesimo quarto: *Confundantur omnes inique agentes.* Et dicitis quod *omnes* in graeco non habeat, et bene; nam nec in hebraeo habet, sed in Septuaginta sub veru additum est. In eodem: *Innocentes et recti adhaeserunt mihi, quia sustinui te.* Et dicitis in graeco vos repperisse *Domine.* Quod superfluum est.

Vicesimo sexto: *Et nunc exaltavit caput meum super inimicos.* Pro quo in graeco vos invenisse dixistis: *Et nunc ecce exaltavit caput meum.* Sed *ecce* superfluum est. In eodem: *Exquisivit facies mea.* Pro quo in graeco sit positum: *Quaesivit te facies mea.* Sed melius superius.

Vicesimo septimo: *Exaudi vocem deprecationis meae.* Pro quo vos invenisse dixistis *exaudi, Domine.* Sed et hoc additum est.

Vicesimo octavo: *Et in templo eius omnis dicet gloriam.* Pro quo in graeco sit πᾶς τις. Quod si transferre voluerimus ad verbum *omnis quis*, in κακοζηλίαν interpretationis incurrimus et fit absurda translatio. In eodem: *Dominus diluvium inhabitare facit.* Pro quo legisse vos dicitis: *Dominus diluvium inhabitat.* Quorum prius ad gratiam pertinet credentibus, secundum ad eius, in quo credunt, habitaculum. Sed quia † IASAB † verbum ambiguum est et potest utrumque sonare, nam et *sessio* et *habitatio* dicitur, et in ipso psalmo de gratia baptismatis dicebatur: *Vox Domini super aquas, Deus super aquas multas,* et: *Vox praeparantis cervos et revelabit condensa, et in templo eius omnis dicet gloriam,* de ipsis sentire volumus qui glorificant Dominum, et interpretati sumus: *Dominus diluvium inhabitare facit.*

3. Ps. 24, 4 5. Ps. 24, 21 8. Ps. 26, 6 10. Ps. 26, 8 12. Ps. 27, 2 14. Ps. 28, 9 17. Ps. 28, 10 21. Ps. 28, 3 22. Ps. 28, 9 25. Ps. 28, 10

Codd. RLTCKP.

1. quod] et P | si = R^2P; quia R*LTCK; *om.* h | esset] esse CP | diceretur = R^2P; dicitur R*LTCK; *om.* h | 3. iniquę CK; iniqua P | 6. uos *om.* C | 8. et nunc — 9. dixistis *om.* RLTCKh | 8. exaltaui P | 9. exaltaui ecce P | 12. uoces K† | pro quo — 14. gloriam *om.* P | 15. ad uerbum] aduerbi sim C | 16. *KAKOΛЄξIAN* C | fit] sit P | 17. ∿ uos legisse P | 18. inhabitabit C | credentibus] R*; credentium R^2TP | 19. ad *om.* R* | iasab *restituimus*; iasap R; iasaph LTCKPh | 20. et (*ante* sessio) *om.* P | 21. dicebatur] dicitur P | 22. deus super aquas *om.* P | deus] dominus h | uox + domini PK^2h | pr(a)eparantes R TCK* | 23. ceruos] K*; c(e)dros R*LTC K^2 | reuelauit R*TCK.

Tricesimo: *Quoniam tu es protector meus.* Rursum et in hoc loco additum nomen Domini est; et ne eadem semper inculcem, observare debetis nomen Domini et Dei saepissime additum et id vos debere sequi, quod de hebraico et de Septuaginta interpretibus emendavimus. In eodem: *Ego autem dixi in excessu mentis meae.* Pro quo in latinis codicibus legebatur *in pavore meo*, et nos iuxta graecum transtulimus *ἐν τῇ ἐκστάσει μου*, id est *in excessu mentis meae.* Aliter enim *ἔκστασιν* latinus sermo exprimere non potest, nisi *mentis excessum.* Aliter me in hebraico legisse noveram *in stupore* et *in admiratione mea.*

Tricesimo primo: *Nec est in spiritu eius dolus.* Pro quo in graeco legisse vos dicitis *ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*, id est *in ore eius dolus.* Quod solus Symmachus posuit. Alioquin et Septuaginta interpretes et Theodotion et Quinta et Sexta et Aquila et ipsum hebraicum *in spiritu eius* habet, quod hebraice dicitur BRUCHO. Sin autem esset *in ore eius*, scriberetur † BAFFIO †. In eodem: *Conversus sum in aerumna mea.* In graeco *mea* non esse suggeritis. Quod ex hebraico et de translatione Theodotionis sub asterisco additum est, et in hebraeo legitur LASADDI. LASADDI [...].

Tricesimo quarto: *Omnia ossa mea dicent, Domine.* Pro quo in graeco bis *Domine* invenisse vos dicitis. Sed sciendum, quod multa sint exemplaria apud Hebraeos, quae ne semel quidem *Dominum* habeant.

Tricesimo sexto: *Et viam eius volet.* In graeco *volet nimis* vos legisse dixistis. Quod additum est nec apud quemquam habetur interpretum.

Tricesimo octavo: *Verumtamen vane conturbatur omnis homo.* Et dicitis vos in graeco non invenisse *conturbatur.* Sed et hoc sub veru in Septuaginta additum est. Et hinc apud vos et apud plerosque error exoritur,

1. Ps. 30, 5 5. Ps. 30, 23 9. in stupore] sic in psalt. iuxta Hebr. 10. Ps. 31, 2 15. Ps. 31, 4 19. Ps. 34, 10 22. Ps. 36, 23 25. Ps. 38, 12

Codd. RLTCKP.

2. semper] super R*LTKP | 5. autem *om.* C*P | 7. *μου*] *COY* R*; *CO* LK | 9. hebraico] R*; hebreo R² | ∿ in hebraico me T | in (3°) *om.* TCP* | 11. *αυτου* + ΔΟΛΟC R²T | dolus *om.* P | 12. simmachus RC; simachus P | septuaginta] *praem.* in K | theodocion C; theodotio P | 13. eius] K*³; *om.* K² | 14. esset] est et P | 15. baffio *restituimus cum* h; safficho RLCKP; saffico T | 18. *post* lasaddi *lacunam indicavimus cum* h | 19. dicant K | 21. ne] nec P | ∿ dominum quidem P* | habent P | 22. in] et in P | 23. interpretem C | 26. ∿ in greco uos P | non *om.* P* | conturbet P.

quod scriptorum neglegentia, virgulis et asteriscis subtractis, distinctio universa confunditur.

Tricesimo nono: *Et legem tuam in medio cordis mei.* Pro quo in graeco repperisse vos dicitis *in medio ventris mei.* Quod et in hebraeo scriptum est BATTHOC MEAI, sed propter euphoniam apud Latinos in *corde* translatum, et tamen non debemus subtrahere quod verum est. In eodem: *Domine, in adiutorium meum respice.* Pro quo in graeco repperisse vos dicitis σπεῦσον, id est *festina.* Sed apud Septuaginta πρόσχες, id est *respice*, scriptum est.

Quadragesimo: *Et si ingrediebatur ut videret.* Et dicitis quod *si* in graeco non sit positum, cum manifestissime et in hebraeo et in cunctis interpretibus scriptum sit, et Septuaginta transtulerint: *Καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν.*

Quadragesimo primo: *Salutare vultus mei, Deus meus.* Pro quo invenisse vos dicitis *et Deus meus.* Sed sciendum hoc in isto psalmo bis inveniri, et in primo positum esse: *Salutare vultus mei, Deus meus*, in secundo autem, id est in fine ipsius psalmi: *Salutare vultus mei et Deus meus*, ita dumtaxat ut *et* coniunctio de hebraeo et de Theodotione sub asterisco addita sit. In eodem: *Exprobraverunt mihi qui tribulant me.* Pro quo vos invenisse dixistis *οἱ ἐχθροί μου*, id est *inimici mei*, cum et apud Septuaginta scriptum sit *οἱ θλίβοντές με*, et apud Hebraeos SORARAI, id est *hostes mei.* In eodem: *Spera in Deum, quoniam adhuc confitebor illi.* Et dicitis *adhuc* in graeco non inveniri. Quod sub asterisco additum est. Ita enim et in hebraeo scriptum repperimus CHIOD, quod significatur *ὅτι ἔτι* latineque dicitur *quoniam adhuc.* Hoc ipsum etiam in quadragesimo secundo intellegendum.

3. Ps. 39, 9 4. sic in psalt. iuxta Hebr. 7. Ps. 39, 14 10. Ps. 40, 7 14. Ps. 41, 6 16. ibid. 17. Ps. 41, 12 19. Ps. 41, 11 22. hostes mei] sic in psalt. iuxta Hebr. spera] Ps. 41, 12 26. Ps. 42, 5

Codd. RLTCKP.

4. repperisse] cōperisse P | et *om.* P | 5. scriptum] *praem.* sic R^2 | batthoch h | 6. translatum + est TPh | 7. graeco] hebraeo L | 9. ΠΡΟCCΧΕC Ch | 10. si (2°) *om.* RL*(*add.* L^2 *post* positum, *l.* 11)TKP | 12. scriptum *om.* C | septuag.] *praem.* in C | transtulerunt TP | ει = L^2h; *om.* RL*T CKP | 15. inuenire R* | 16. deus] *praem.* et P* | 17. in secundo — 18. deus meus *om.* R*LTCK* | ipsius] illius P* (*ut vid.*) | 19. additum TP | sit] est P* | 20. ∿ inuenisse uos P | οι εχθροι μου — 21. scriptum sit *om.* R*LTCK*P | 23. dicitis + et P | inuenire R* | 25. quod] quo P | significat C.

Quadragesimo tertio: *Et non egredieris in virtutibus nostris.* Pro quo in graeco repperisse vos dicitis *et non egredieris, Deus.* Sed superfluum est. In ipso: *Posuisti nos in similitudinem gentibus.* Pro quo in graeco scriptum sit ἐν τοῖς ἔθνεσιν, id est *in gentibus.* Sed si dictum fuisset in latino *in similitudinem in gentibus,* κακόφωνον esset, et propterea absque damno sensus interpretationis elegantia conservata est. Alioquin in hebraico ita scriptum repperi: *Posuisti nos proverbium in gentibus.* In eodem: *Exsurge, adiuva nos.* Pro quo, more solito, in graeco nomen Domini additum est.

Quadragesimo quarto: *Sagittae tuae acutae.* Pro quo in graeco legisse vos dicitis *acutae, potentissime.* Sed hoc male, et de superiore versiculo additum est, in quo legitur: *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime.*

Quadragesimo septimo: *Quoniam ecce reges congregati sunt.* Pro quo in graeco legisse vos dicitis: *Quoniam ecce reges eius congregati sunt.* Quod superfluum esse ipse lectionis textus ostendit, et in veteribus codicibus Latinorum scriptum erat *reges terrae,* quod nos tulimus, quia nec in hebraeo nec in Septuaginta repperitur. In ipso: *Sicut audivimus, sic vidimus.* Pro quo in graeco repperisse vos dicitis *sic et vidimus.* Quod superfluum est; legitur enim in hebraeo CHEN RAINU, quod interpretatur οὕτως εἴδομεν, hoc est *sic vidimus.* In eodem: *Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui.* Pro eo quod nos de hebraico et de Septuaginta interpretibus vertimus *templi tui,* in graeco legisse vos dicitis *populi tui.* Quod superfluum est. In hebraico scriptum est ECHALACH, id est τοῦ ναοῦ σου, hoc est *templi tui,* et non AMMACH, quod *populum tuum* significat.

Quadragesimo octavo: *Homo in honore cum esset.* Pro quo in graeco invenisse vos dicitis: *Et homo in honore cum esset.* Sed scien-

1. Ps. 43, 10 3. Ps. 43, 15 8. Ps. 43, 26 10. Ps. 44, 6 12. Ps. 44, 4 14. Ps. 47, 5 18. Ps. 47, 9 21. Ps. 47, 10 27. Ps. 48, 21

Codd. RLTCKP.

2. ∿ uos repperisse T | sed] quod P | 3. in similitudine R | pro quo — 4. gentibus *om.* R*LTCK | 4. id est in gent. *om.* Ph | 5. in (*ante* gentibus) *om.* P* | 9. nomen domini] domine P | 11. potentissimę CP | superiori T | 12. uersiculum R | 14. quadr. sept.] XLVI T | regis R; + terrae RLTK | 15. reges *om.* P* | 16. esse *om.* P | 18. repperimus T | 19. sic (*1°*)] ita et P | et *om.* R* | 21. ουτως + *KAI* T² | suscipimus R | 22. pro — 23. tui *om.* C | 23. legisse uos] uos legimus P*; legisse T; uos legisse P² | 24. hebraico] R*; hebreo R² | 25. ναου] ΛΑΟΥ P | 27. ∿ cum in honore R²K²Ph.

dum, quod iste versiculus bis in hoc psalmo sit et in priori additam habeat *et* coniunctionem, in fine non habeat. In eodem: *Et dominabuntur eorum iusti.* Pro *iustis* εὐθεῖς, id est *rectos*, in graeco legisse vos dicitis. Sed hoc propter εὐφωνίαν ita in latinum versum est. Alioquin et in eo loco, ubi scriptum legimus: *In libro* εὐθεῖς, lustorum libro intellegimus, et non debemus sic verbum de verbo exprimere, ut dum syllabam sequimur, perdamus intellegentiam. In eodem: *De manu inferni, cum liberaverit me.* Pro quo in graeco legisse vos dicitis *cum acceperit me.* Quod quidem et nos ita de Septuaginta vertimus, et miror a quo in vestro codice depravatum sit.

Quadragesimo nono: *Sedens adversus fratrem tuum loquebaris.* Pro quo in graeco repperisse vos dicitis: Κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, et putatis non bene versum, quia diximus: *Adversus fratrem tuum loquebaris*, et debuisse nos dicere: *Adversus fratrem tuum detrahebas.* Quod vitiosum esse et in nostra lingua non stare, etiam stultis patet. Nec ignoramus quod καταλαλία dicatur *detractio*; quam, si voluerimus ponere, non possumus dicere: *Adversus fratrem tuum detrahebas*, sed: *De fratre tuo detrahebas.* Quod si fecerimus, rursum contentiosus verborum calumniator inquiret, quare non dixerimus: Κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου, hoc est: *Adversus fratrem tuum.* Haec superflua sunt, et non debemus † in putida † nos verborum interpretatione torquere, cum damnum non sit in sensibus, quia unaquaeque lingua, ut ante iam dixi, suis proprietatibus loquitur. In ipso: *Nequando rapiat, et sit qui eripiat.* Et in graeco repperisse vos dicitis *et non sit qui eripiat.* Quod et a nobis versum est et in nostris codicibus sic habetur. Et miror, quomodo vitium librarii dormitantis ad culpam referatis interpretis; nisi forte fuerit

1. cf. Ps. 48, 13 2. Ps. 48, 15 5. Ios. 10, 13; Sam. (II Reg.) 1, 18 7. Ps. 48, 16 11. Ps. 49, 20 23. Ps. 49, 22

Codd. RLTCKP.

1. in priore P* | 2. habeat (*I°*)] habet K* | in finem RLTCK | non *om.* K* | 3. ∿ uos legisse P | 4. hoc *om.* T | alioquin — 5. in libro *om.* C | 5. eo] alio T | ∿ legimus in libro scriptum P* | ∿ intellegimus libro P | 6. syllaba R | 7. inferi T | 10. sit] est R* | 12. repperisse] legisse P | ∿ dicitis uos P* | σου *om.* R* LT*KP | 13. loquebaris — 14. tuum *om.* K* | nos] uos K² | 15. in *om.* P | 16. dicatur] dr T | detractatio R | 17. aduersus] K*; aduersum RLK² | 18. defecerimus P | rursus KP | ∿ calumniator uerborum P | 20. in putida *restituimus cum* h; inpudita RLT(im-)CK; inpudica P | 22. dixi] diximus T*P | 23. in ipso *om.* R* | et (*I°*) + non TP | 24. et non] nec P.

hoc: *Nequando rapiat, nec sit qui eripiat,* et ille, pro *nec, et* scripserit. In eodem: *Sacrificium laudis honorificabit me.* Pro quo in graeco scribitur *δοξάσει με*, id est *glorificabit me.* De quo et supra diximus. In Evangelio, in eo loco ubi in graeco legimus: *Πάτερ δόξασόν με τῇ δόξῃ ἣν εἶχον παρὰ σοί πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι,* in latino legitur: *Pater, clarifica me.* Noluimus ergo inmutare quod ab antiquis legebatur, quia idem sensus erat.

Quinquagesimo quarto: *Expectabam eum, qui salvum me fecit.* Et dicitis vos invenisse in graeco *expectabam Deum.* Quod additum est. In eodem: *A pusillanimitate spiritus.* Et in graeco invenisse vos dicitis *ἀπὸ ὀλιγοψυχίας*, quod proprie *pusillanimitas* dicitur. Sed sciendum quod pro *ὀλιγοψυχίᾳ* Aquila et Symmachus et Theodotio et quinta editio interpretati sint *ἀπὸ πνεύματος*, id est *a spiritu*, et in hebraeo scriptum sit MERUCHA, omnisque sensus ita apud eos legatur: *Festinabo ut salver a spiritu tempestatis et turbinis.* In eodem: *Quoniam si inimicus maledixisset.* In graeco *ὠνείδισεν*, hoc est *exprobrasset*, positum est. Sed inter *maledicta* et *obprobria* sensum non discrepare perspicuum est.

Quinquagesimo quinto: *Quoniam multi bellantes adversum me, ab altitudine diei timebo.* Et dicitis in graeco vos invenisse *non timebo*, quod additum est. Et est ordo: *quoniam multi* dimicant *adversum me*, idcirco ego *ab altitudine diei timebo*, hoc est, non *bellantes adversum me*, sed tuum excelsum *timebo* lumen. In ipso: *In ira populos confringes.* Pro quo in graeco legitur: *Ἐν ὀργῇ λαοὺς † κατάξεις.* Et † apud La-

2. Ps. 49, 23 3. supra] cf. p. 14, l. 16 4. Ioh. 17, 5 8. Ps. 54, 9 10. ibid. 14. sic in psalt. iuxta Hebr. 15. Ps. 54, 13 18. Ps. 55, 3-4 22. Ps. 55, 8

Codd. RLTCKP.

1. pro + quo RL*TCKP | scripserit *om.* T | 2. honorificauit R*LTKPh | 3. glorificauit RLTK | me *om.* KP | dicimus C* | 5. *ην*] *H* Ch | *παρα σοι — γενεσθαι*] *ΠΡΟ ΤΟΥ ΤΟΝ ΚΟCΜΟΝ ЄΙΝΑΙ ΠΑΡΑ COΙ* C | *προ του om.* P | in latino legitur *om.* RLTCK | 6. clarifica] glorifica K* | 7. quia] qui T | isdem P | 8. ∽ me saluum C | 9. inuenisse *om.* C | deum] dominum L*C | 12. *ΟΛΙΓΟΨΥΧΙΑC* T | simmachus K; simachus P | theodocio C | 13. sunt TCPh | *απο πνευματος*] R* (*ut vid.*); *ΑΠΟ ΠΝЄΥΜΑΤΙ* R²; *ΑΠΟ ΠΝЄΟΥΜΑΤΙ* T | a spiritu] apum C | 14. omnesque R*LT*CK | eos *om.* RLT*C K | 15. inimicus + meus C | maledixisset + mihi T*P | 17. sensum non] sensus P | 19. non timebo *om.* R* | 21. timebo + et dicitis in greco uos inuenisse non timebo R*LTCKP, *cf. supra l.* 19 | 22. timebo] uidebo C; *om.* P | confringet K* | 23. quo *om.* T* | *καταξεις*] *ΚΑΤΑξΗC* P; *ΚΑΤΑξΑΙC* C; + id est confringes LTCKP; + id est confringis R; + id est deicies non *κατεαξεις* id est confringes h.

tinos, pro eo quod est *deicies*, id est κατάξεις, male error obtinuit κατέαξεις, id est *confringes*. Nam et in hebraeo HORED habet, id est καταβίβασον, quod nos possumus dicere *depone*, et Symmachus interpretatus est κατάγαγε.

Quinquagesimo octavo: *Quia Deus susceptor meus.* Pro quo in graeco positum est *susceptor meus es tu.* Sed sciendum in hebraeo nec *es* scriptum nec *tu*, et apud Septuaginta solos inveniri. In ipso: *Deus meus, voluntas eius praeveniet me.* Pro quo in graeco scriptum est τὸ ἔλεος αὐτοῦ, id est *misericordia eius.* Quod et verius est. Sed in hebraeo scriptum est: *Misericordia mea praeveniet me.* In eodem: *Deus ostendit mihi inter inimicos meos.* Pro quo in graeco positum est *Deus meus.* Sed *meus* additum est. In eodem: *Ne occidas eos, nequando obliviscantur populi tui.* Pro quo in graeco scriptum est *legis tuae.* Sed in Septuaginta et in hebraeo non habet *populi tui*, sed *populi mei*, et a nobis ita versum est. In eodem: *Et scient, quia Deus dominatur Iacob finium terrae.* Pro quo in graeco scriptum est *et finium terrae.* Sed *et* coniunctio addita est, et ordo est: *Scient, quia Deus Iacob dominatur finium terrae.*

Quinquagesimo nono: *Quis deducet me usque in Idumaeam?* Pro quo in graeco habet: *Aut quis deducet me.* Sed superfluum est.

Sexagesimo: *Quoniam tu, Deus meus, exaudisti orationem meam.* Pro quo legatur in graeco: *Quia tu, Deus, exaudisti* me. Quod non habet in hebraeo nec in Septuaginta interpretibus et in latino additum est. In eodem: *Psallam nomini tuo in saeculum saeculi.* Pro quo in graeco sit *in saeculum.* Et in hebraeo semel habet LAED, id est *in aeternum*, et non LOLAM, quod est *in saeculum.*

5. Ps. 58, 10 8. Ps. 58, 11 10. Ps. 58, 12 12. ibid. 14. populi mei] sic in psalt. iuxta Hebr. 15. Ps. 58, 14 19. Ps. 59, 11 21. Ps. 60, 6 24. Ps. 60, 9

Codd. RLTCKP.

1. καταξεις] KATAξHC P; KATAξAIC C | 2. κατεαξεις] KATЄZЄIC K; KATAξHC P; KATAξAIC C | confringis R | horeod C | 3. simmachus R; simachus P | 4. καταγαγε = h; KATAΓЄΓЄ R^2(*in marg.*)T; KATACЄCЄ RLK; KATACHCH P; KATAξAIC C | 7. scriptum *om.* P* | solus R | inuenire R* | 10. mea] eius P | 11. mihi + bona C | 12. sed + deus R*L*K* | ne] nec C | 13. obliuiscatur P* | est *om.* P* | 15. dominabitur TP; dominator LCKh | 16. sed — 18. terrae *om.* P | 17. dominabitur T; dominator LCKh | ∿ domina(tor) iacob LTCK | 19. idumeam R*P; idumea R^2C | 20. ∿ habet in greco P | sed] quod P | 22. legatur] L*T*; legitur L^2T^2CP | 24. nomine R | 25. laed *scripsimus cum* h; laet C; laec RLT; laech K; lahech P.

Sexagesimo primo: *Quia Deus adiutor noster in aeternum.* Pro quo in graeco est *Deus adiutor noster.* Ergo *in aeternum* obelus est.

Sexagesimo secundo: *Sitivit † in te † anima mea.* Pro quo in graeco sit: *Sitivit † te † anima mea.* Sed in hebraeo non habet ATTHA, quod significat *te*, sed LACH, quod ostenditur *tibi*, quod et omnes interpretes transtulerunt. Ergo secundum linguae proprietatem versum est in latinum.

Sexagesimo tertio: *Sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum.* Pro quo in graeco: *Sagitta parvulorum.* Sed si sic dicamus, non resonat in latino: *Sagitta parvulorum factae sunt plagae eorum.* Pro quo melius habet in hebraeo: *Percutiet eos Deus iaculo repentino et inferentur plagae eorum.*

Sexagesimo quarto: *Qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.* In graeco additum scribitis: *Quis sustinebit?* Quod superfluum est; subauditur enim: *Qui conturbas profundum maris* et conturbas *sonum fluctuum eius.* In eodem: *Parasti cibum illorum, quoniam ita est praeparatio eius.* Et dicitis, quod in graeco non sit *eius*, cum in hebraeo THECHINA manifeste *praeparationem eius* significet; *eius* autem, id est *terrae*, de qua supra dixerat: *Visitasti terram et inebriasti eam.*

Sexagesimo quinto: *Holocausta medullata offeram tibi cum incensu arietum.* Pro quo dicitis invenisse vos *cum incensu et arietibus.* Sed male; in hebraeo enim scriptum est EM CATOROTH HELIM, quod interpretatur μετὰ θυμιάματος κριῶν, id est *cum incensu arietum.* In eodem: *Propterea exaudivit Deus.* Pro quo in graeco invenisse vos dicitis *exaudivit me Deus.* Quod superfluum est.

Sexagesimo septimo: *Exultate in conspectu eius.* Pro quo in graeco invenisse vos dicitis: *Et exultate in conspectu eius.* Quod ita versum est et a nobis, sed a quo in codice vestro corruptum sit scire

1. Ps. 61, 9 3. Ps. 62, 2 7. Ps. 63, 8 10. cf. psalt. iuxta Hebr. 12. Ps. 64, 8 15. Ps. 64, 10 18. ibid. 19. Ps. 65, 15 23. Ps. 65, 19 25. Ps. 67, 5

Codd. RLTCKP.

1. quia — 3. secundo *om.* C | 3. sitiuit in te *restituimus cum D. De Bruyne, Revue bénédictine 1928, p. 307-308*; sitiuit te R; sitiuit tibi LTC²KPh; sitibi C* | pro — 4. mea *om.* P† | 4. sit *om.* R | te *restituimus cum D. De Bruyne, l. c.*; in te RLTCKP¹h | attha] attaba T | 5. quod (*I°*)] quo R | 9. sagitta = R*h; sagittae R² LTCKP | 17. eius (*I°*) *om.* P* | 20. arietum] *praem.* et C* | et *om.* KP | 21. enim *om.* T K* | 23. in graeco *om.* R* | 25. exultate = P; et exultate RLTCK; et exultent h | 26. et *om.* R² | 27. in *om.* R* | ∼ uestro codice P | corruptum] scriptum P | sit *om.* C.

non possum. In eodem: *Etenim non credunt inhabitare Dominum.* Pro quo in graeco legisse vos dicitis: *Καὶ γὰρ ἀπειθοῦντας τοῦ κατασκηνῶσαι.* Quod utrumque falsum est. Nos enim transtulimus: *Etenim non credentes inhabitare Dominum*; ut sit sensus, et pendeat ex superioribus: *Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, accepisti dona in hominibus, et eos qui non credebant Dominum inhabitare* posse mortalibus. In eodem: *Deus benedictus Dominus die cotidie.* Pro quo in graeco invenisse vos dicitis: *Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus die cotidie.* Sed melius et verius quod supra. In eodem: *Viderunt ingressus tui, Deus.* Pro quo in graeco scriptum sit: *Visi sunt ingressus tui, Deus.* In hebraeo ita habet RACHUA ALICHATHAC, quod Aquila et Symmachus et Theodotio et quinta sextaque editio interpretati sunt: *Viderunt itinera tua, Deus,* et quod sequitur: *Itinera Dei mei regis, qui est in sancto.* Ergo a nobis ita legendum est: *Viderunt ingressus tuos, Deus,* et scriptoris vitium relinquendum, qui nominativum posuit pro accusativo, licet in Septuaginta et in *ἑξαπλοῖς* ita reppererim: *Ἐθεώρησαν τὰς πορείας σου, ὁ θεός,* et pro eo quod est *ἐθεώρησαν,* hoc est *viderunt,* in multis codicibus habet *ἐθεωρήθησαν,* quod et obtinuit consuetudo. In eodem: *Ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto*; subauditur: *Viderunt ingressus Dei mei* et *regis mei.* Quod autem dicitis *mei* in *rege* non adpositum, apertissimi mendacii est; secundo enim ponitur et *Dei mei* et *regis mei,* blandientis affectu, ut qui omnium Deus et rex est, suus specialiter Deus fiat et rex merito servitutis. Denique in hebraeo scriptum habet HELI MELCHI, quod *Deum meum* et *regem meum* significat. In eodem: *Regna terrae cantate Deo, psallite Domino.* Et dicitis hoc in isto versiculo

1. Ps. 67, 19 4. ibid. 7. Ps. 67, 20 9. Ps. 67, 25 12. sic in psalt. iuxta Hebr. 13. Ps. 67, 25 18. ibid. 25. Ps. 67, 33

Codd. RLTCKP.

1. possumus P | 2. *ΑΠΙΘΟΥΝΤΕϹ* R LK | *κατασκήνωσαι* + *ΚΗ* (*pro* $\overline{ΚΝ}$) T | 3. utraque C | 4. ascendisti — 5. hominibus *om.* R*LTCK* | 6. dom.] deum KP | posse *om.* P | 8. ∿ dom. ben. deus ben. dom. R*LTCKPh | die] *praem.* de C | 10. in hebraeo] *praem.* quod P | 11. alichatach Ph | simmachus K; simachus P | theodocio C | 12. et quinta sext. edit. *om.* RLTCK | 14. legendum] intellegendum P | ingr.] gressus R*LCK* | 16. repperirem R*; repperim CP* | *εθεωρησαν*] R*; *ΕΘΕΩΡΗΘΗϹΑΝ* R²TC | *ΤΑϹ ΠΟΡΙΑϹ* R*LKP; *ΤΑϹ ΠΟΡΙΑΙ* T; *ΑΙ ΠΟΡΙΑΙ* R²; *ΑΙ ΠΟΡΕΙΑΙ* Ch | *σου ο*] *ϹΟΥ* R*T*; *ϹΟ* LK | 17. *εθεωρησαν*] R*; *ΑΙ ΠΟΡΙΑΙ* R²; *ΑΙ ΠΟΡΙΑϵ* T | 20. et *om.* Ph | mei (3°) *om.* P | in rege] K*; in greco K²P; in graeco in rege h | 21. enim] autem C | 24. deum] dominum C.

non esse scriptum: *Psallite Domino*, quoniam statim sequatur: *Diapsalma. Psallite Deo, qui ascendit super caelum caeli ad orientem*; cum iste versiculus magis habere debeat iuxta hebraicam veritatem: *Cantate Deo, psallite Domino*, et illud quod sequitur in principio versus alterius: *Psallite Deo*, non sit in libris authenticis, sed obelo praenotatum. Ergo et vos legite magis ea quae vera sunt, ne, dum additum suscipitis, quod a Propheta scriptum est relinquatis.

Sexagesimo octavo: *Laudabo nomen Dei cum cantico.* Pro quo dicitis vos repperisse in graeco *Dei mei.* Sed *mei* superfluum est.

Septuagesimo: *Deus, ne elongeris a me.* Quod dicitis in graeco positum *Deus meus*, superfluum est. In eodem: *Deus, docuisti me ex iuventute mea.* Et in hoc quod apud Graecos invenisse vos dicitis *Deus meus*, superfluum est. In eodem: *Donec adnuntiem brachium tuum.* Et dicitis in graeco vos repperisse *mirabilia tua.* Quod de superiori versiculo est: *Et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua.* Bene ergo hic habet *brachium.*

Septuagesimo primo: *Et adorabunt eum omnes reges.* Illud quod in graeco invenisse vos dicitis *reges terrae*, superfluum est. In eodem: *Benedictus Dominus Deus, Deus Israhel.* Dicitis in graeco bis *Deus* non haberi, cum et in hebraico sit et apud Septuaginta manifestissime triplex Domini Deique nuncupatio mysterium Trinitatis sit. In eodem: *Et benedictum nomen maiestatis eius in aeternum.* Hoc ergo quod in graeco invenisse vos dicitis: *In aeternum et in saeculum saeculi*, superflue a Graecis sciatis adpositum, quod nec hebraeus habet nec Septuaginta interpretes.

Septuagesimo secundo: *Prodiet quasi ex adipe.* Et dicitis vos apud Graecos invenisse † ἐξελεύσονται †, id est *prodient.* Quod falsum est.

2. Ps. 67, 33-34 3. cf. psalt. iuxta Hebr. 8. Ps. 68, 31 10. Ps. 70, 12 11. Ps. 70, 17 13. Ps. 70, 18 15. Ps. 70, 17 17. Ps. 71, 11 19. Ps. 71, 18 21. Ps. 71, 19 26. Ps. 72, 7

Codd. RLTCKP.

1. quoniam] quem P | sequitur T; + post R^2 | 2. deo] domino T | iste] R*; ipse R^2 | 6. ea *om.* C | 7. prophetis R | 9. uos *om.* P* | ∿ repperisse uos C | sed mei] quod P*; *om.* P^2 | 11. superfluum] *praem.* sed T | in eodem — 13. superfluum est *om.* C | 12. in *om.* P | 18. ∿ uos inuenisse P | 19. deus (2°) *om.* P | isrl LTP; ihl C | 20. habere R | et (1°) *om.* RL TCKh | hębręo C; hebreo T* | septuaginta *om.* R* | 27. εξελευσονται *restituimus cum* h; ЄξЄΛЄΥCЄΤΑΙ *omn. codd.*

Nam et apud Septuaginta interpretes ita scriptum est: Ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. In eodem: *Quomodo scit Deus.* In graeco dicitis non esse *Deum*, cum et apud Septuaginta scriptum sit: Πῶς ἔγνω ὁ θεός, et omnes interpretes similiter de hebraeo transtulerint. In eodem: *Intellegam in novissimis eorum.* Pro quo in graeco legisse vos dicitis *et intellegam.* Sed hic *et* coniunctio superflua est. In eodem: *Defecit caro mea et cor meum* Pro quo male perversum ordinem quidam tenent: *Defecit cor meum et caro mea.* In eodem: *Ut adnuntiem omnes praedicationes tuas.* Pro quo vos in graeco legisse dixistis τὰς αἰνέσεις σου, id est *laudes tuas.* Et sciendum, quod in hebraeo † MALOCHOTHACH † scriptum habet, quod Aquila ἀγγελίας, id est *nuntios tuos*, Septuaginta τὰς ἐπαγγελίας σου, id est *praedicationes* vel *promissa*, interpretati sunt, licet et *laus* et *praedicatio* unum utrumque significet.

Septuagesimo tertio: *Ut quid, Deus, reppulisti in finem.* Pro quo male apud Graecos legitur ordine commutato: *Ut quid reppulisti, Deus.* In eodem: *Quanta malignatus est inimicus in sancto.* Miror quis in codice vestro emendando perverterit, ut pro *sancto sanctis* posuerit, cum et in nostro codice *in sancto* inveniatur. In eodem: *Incendamus omnes dies festos Dei a terra.* Pro quo in graeco scriptum est καταπαύσωμεν, et nos ita transtulimus: *Quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra.* Et miror quomodo e latere adnotationem nostram nescio quis temerarius scribendam in corpore putaverit, quam nos pro eruditione legentis scripsimus hoc modo: *Non habet* καταπαύσωμεν, *ut quidam putant, sed* κατακαύσωμεν, *id est incendamus.* Et quia retulit mihi sanctus presbyter Firmus, qui huius operis exactor fuit, inter plurimos hinc habitam quaestionem, plenius de hoc disputandum videtur. In hebraeo

2. Ps. 72, 11 5. Ps. 72, 17 6. Ps. 72, 26 8. Ps. 72, 28 14. Ps. 73, 1 16. Ps. 73, 3 18. Ps. 73, 8

Codd. RLTCKP.

1. et *om.* R | ita *om.* R* | 3. scriptum] *praem.* ita P | 4. transtulerunt CP | 9. τας] ΠΑC R*LK; ΠΑCΑC R²P; ΠΑCΑC TAC T | 10. et] sed T | malochothach *restituimus cum* h; malochochah RLTCK; malochocahc P | 11. αγγελιας *om.* T; + COY R²h | 12. τας επαγγελιας σου *om.* T | praedicationes + tuas P† | sunt] sint L | 13. unum *om.* C | 14. deus *om.* P* | 15. commutatio CP | 17. peruertit C | 18. in (*I°*) *om.* P | in sancto *om.* R* | incendamus] comprimamus T | 20. ita *om.* P | 22. scribendum T | 23. legentes R* | καταπαυσ. *et* (*l.* 24) κατακαυσ. *commutat* C | ut quidam putant] id est incendamus P* | 24. sanctus] *in ras.* K² | 25. hinc] hic R*; hanc C.

scriptum est SARPHU CHOL MOEDAHU HEL BAARES, quod Aquila et Symmachus verterunt *ἐνεπύρισαν πάσας τὰς συνταγὰς τοῦ θεοῦ*, id est *incenderunt omnes sollemnitates Dei in terra*, Quinta *κατέκαυσαν*, id est *conbusserunt*, Sexta *κατακαύσωμεν*, id est *conburamus*, quod et Septuaginta iuxta † Hexaplorum † veritatem transtulisse perspicuum est. Theodotion quoque *ἐνεπυρήσαμεν* vertit, id est † *succendimus* †. Ex quo perspicuum est, sic psallendum ut nos interpretati sumus, et tamen sciendum quid hebraica veritas habeat. Hoc enim quod Septuaginta transtulerunt propter vetustatem in ecclesiis decantandum est, et illud ab eruditis sciendum propter notitiam Scripturarum. Unde, si quid pro studio e latere additum est, non debet poni in corpore, ne priorem translationem pro scribentium voluntate conturbet. In eodem: *Contribulasti capita draconum in aquis; tu confregisti capita draconis.* Sic lectionis ordo sequitur, ut in priori versu *tu* non habeat, sed in secundo, † et *aquae* † plurali numero scribantur, non singulari, sicut et Aquila verbum hebraicum † AMMAIM † *τῶν ὑδάτων*, id est *aquarum*, interpretatus est. In eodem: *Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum.* Pro quo in graeco *τῶν ἱκετῶν σου*, id est *deprecantium te*, scriptum dicitis. In hebraeo † SORARACH † legitur, quod Aquila *hostium tuorum*, Symmachus *bellantium contra te*, Septuaginta et sexta editio *inimicorum tuorum* interpretati sunt. Et est sensus pendens ex superioribus: *Memor esto inproperiorum tuorum, eorum qui ab insipiente sunt tota die, ne obliviscaris voces inimicorum tuorum*, id est *voces* quae te blasphemant tibique in populo tuo detrahunt. Unde sequitur: *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper*, id est, dum tu differs poenas, illi proficiunt in blasphemiis.

2. sic in psalt. iuxta Hebr. 12. Ps. 73, 13-14 17. Ps. 73, 23 19. host. tuor.] sic in psalt. iuxta Hebr. 21. Ps. 73, 22-23 24. Ps. 73, 23

Codd. RLTCKP.

1. sarphu] sarhu RLTCKP | moedaci C | simmachus K; simachus P | 2. *συνταγας*] R*; *ЄΟΡΤΑϹ* R²TC | *θεου* + *ЄΠΙ ΤΙϹ ΓΙϹ* C | 3. in] a C | *κατεκαυσαν*] *praem. ΚΑΤΑϹ* R*LKP | 5. hexaplorum *restituimus*; exemplorum R*LTC²KPh; exemplariorum R²; exemplarum C* | ueritatem] uarietatem T | 6. *ЄΝЄΠΥΡΗϹΑΜЄΝ* = RLK; *ЄΝЄΠΥΡΙϹΑΜЄΝ* TCh; *ЄΝЄΠΙΡΙϹΑΝ* P | succendimus *restituimus cum* h; succendamus *omn. codd.* | ex quo — 7. sumus *om.* R*LTCK | 8. hebraica] *praem.* in C | septuaginta + interpretes P | 11. ne] nec P | 13. sic] si T | ut *om.* R* | 14. et aquae *restituimus cum* h; itaque *omn. codd.* | 16. ammaim *restituimus cum* h; ammichim *omn. codd.* | 18. sorarach *restituimus cum* h; sorarath RLTCK; sorarad P | 19. simmachus K; simachus P | 20. septuaginta] septuagesimo P*; *om.* P² | 22. qui = RLCK; que T; quae Ph | tuorum *om.* R | 23. quae] qui P | tuo *om.* P* | 25. tu differs] tu defers L*CK(-fres); te defers T*.

Septuagesimo quarto: *Narrabimus mirabilia tua.* Pro quo male apud Graecos legitur: *Narrabo omnia mirabilia tua.*

Septuagesimo quinto: *Omnes viri divitiarum manibus suis.* Et non ut vos a nescio quo depravatum legitis *in manibus suis.* In eodem: *Terribili et ei qui aufert spiritus principum.* Dicitis quod *ei* non sit scriptum in graeco. Verum est, sed, nisi adposuerimus *ei*, latinus sermo non resonat. Neque enim possumus recte dicere: *Terribili et qui aufert spiritus principum.*

Septuagesimo sexto: *Et meditatus sum nocte cum corde meo, et exercitabar et scobebam spiritum meum.* Pro quo in hebraeo legimus: *Recordabar psalmorum meorum in nocte, cum corde meo loquebar et scobebam spiritum meum.* Pro *exercitatione* *ἀδολεσχίαν*, id est *decantationem* quandam et *meditationem*, Septuaginta transtulerunt; et pro eo quod nos diximus *scobebam* illi posuerunt *ἔσκαλλον*, quod Symmachus transtulit *ἀνηρεύνων*, id est *perscrutabar* sive *quaerebam*, et Quinta similiter. Proprie autem *σκαλισμός* in agricultura in sariendo dicitur, id est sarculando; et quomodo ibi quaeruntur herbae sarculo, quae secentur, sic et iste retractatum cogitationum suarum *μεταφορικῶς* a sarculo demonstravit. Et sciendum quod *ἔσκαλον* semel, *ἔσκαλλον* frequenter significat. In eodem: *A generatione in generationem.* Hoc quod in graeco sequens invenisse vos dicitis *consummavit verbum*, recte non habet in latino, quia et in nullo habetur interpretum.

Septuagesimo septimo: *Et narrabunt filiis suis.* Pro quo in graeco

1. Ps. 74, 2 3. Ps. 75, 6 5. Ps. 75, 13 9. Ps. 76, 7 11. sic in Psalt. iuxta Hebr. 20. Ps. 76, 9 23. Ps. 77, 6

Codd. RLTCKP.

2. narrabo omnia] narrabimus P* | 3. sept. q.] LXV R | manibus] *praem.* in T | 4. a nescio quo] K*; nescio a quoK² P; aut nescio quod C | 5. spiritus CP | dicitis — 8. principum *om.* K | ei (2°)] et R* | ∽ non sit ei P | 6. scriptum + sit P* | apposuerim P | 7. recte *om.* P | 8. spiritum CP | 9. sum *om.* P | et (2°) *om.* R | 10. scob.] L*; scopebam L²CKh | 11. recordabor T* | 12. scob.] L*; scopebam L²CKh | 14. ∽ diximus nos T | scob.] L*; scopebam L²CKh | εσκ. — 15. transtulit *om.* P* | 14. *εσκαλλον scripsimus cum* h; *ЄCKAΛON* RLK; *ЄCKAΛЄN* R²(*in marg. sub* aï)T*; *ЄCXAΛON* P²; *ЄCKAΛΛЄN* T²; *HCXAΛΛЄ* C | 16. autem] P†; tamen P¹ | *σκαλισμος scripsimus cum* h; *CKΛICMOC* RL; *CKAICMOC* TKP; *ЄIKACMOC* C | 17. secentur] T*; secantur T²; sercentur C | 18. retractantium P | 19. *εσκαλον ... εσκαλλον scripsimus cum* h; *ЄCKAΛON bis* R*LK; *ЄCKAΛNON ... ЄCKAΛON* R²; *ЄCKAΛON ... ЄCKAΛЄN* T*; *ЄCKAΛON ... ЄCKAΛΛЄN* T²; *HCXAΛΛON bis* C; ε ΑΛ ... *ЄCXAΛON* P | 22. interprete C | 23. in gr. hab.] habetur in greco P.

habet *ἀναγγελοῦσιν*, quod est *adnuntiabunt*. Sed sciendum, quod in hebraeo IASAPHPHERU scriptum est, quod Aquila et Symmachus *narrabunt* transtulerunt. In eodem: *Et occidit pingues eorum.* Sic habet et in hebraeo, hoc est BAMASMNEHEM, quod Aquila interpretatus est *ἐν λιπαροῖς αὐτῶν*, Symmachus *τοὺς λιπαρωτέρους αὐτῶν*, Septuaginta et Theodotion et Quinta *ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν*. Quod quidam non intellegentes, pro *πίοσιν* putaverunt scriptum *πλείοσιν*. In eodem: *Dilexerunt eum in ore suo et lingua sua mentiti sunt ei.* Et in hebraeo ita scriptum est ICAZBULO, et omnes voce simili transtulerunt *ἐψεύσαντο αὐτῷ*, id est *mentiti sunt ei*. Quis autem voluerit pro *ei* ponere *eum* et vitiare exemplaria, non est mei iudicii. In eodem: *Et propitius fiet peccatis eorum et non perdet eos.* Dicitis quod *eos* in graeco non habeat. Quod et verum est; sed nos, ne sententia pendeat, latinum sermonem sua proprietate conplevimus. Si quis autem putat *διαφθερεῖ* non *perditionem* sonare, sed *corruptionem*, recordetur illius tituli, in quo scribitur: *Εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς*, hoc est *in finem ne disperdas*, et non ut plerique *κακοζήλως* interpretantur, *ne corrumpas.* In eodem: *Et induxit eos in montem sanctificationis suae, montem quem adquisivit dextera eius.* Pro quo apud Septuaginta legitur *ὄρος τοῦτο ἐκτήσατο ἡ δεξιὰ αὐτοῦ*, et non, ut vos ponitis, *ὃ ἐκτήσατο*, hoc est *quem adquisivit dextera eius.* Ergo secundum hebraicam proprietatem interpretatus est Symmachus: *Montem quem adquisivit dextera eius.* In eodem: *Et averterunt se et non servaverunt pactum quemadmodum patres eorum.* Scio quod *pactum* non habeat in hebraeo; sed quando omnes voce simili transtulerunt *ἠσυν-*

3. Ps. 77, 31 7. Ps. 77, 36 11. Ps. 77, 38 15. Ps. 56, 1; 57, 1; 58, 1 etc. 17. Ps. 77, 54 23. Ps. 77, 57

Codd. RLTCKP.

1. *αναγγελουσιν*] R*; *ΑΠΑΓΓΕΛΟΥCΙ* R² T | in *om.* P* | 2. iasarepheru P | scriptum est *om.* P* | quod] sed P | simachus P | 4. bamasoinehem C; basaminnechem P | 5. symmachus — *αυτων om.* C | simachus P | septuag. — 6. *αυτων om.* T | 6. *πιοσιν*] R*; *ΠΛΙΟCΙΝ* R² | 7. *πιοσιν*] *ΠΑΙΟCΙΝ* T*; *ΠΑΕΙΟCΙΝ* T²; + *ΑΥΤΟΝ* P | *πλειοσιν*] *ΠΑΙΟCΙΝ* P; *ΠΝΟCΙΝ* RLTK | dilex. — 8. suo *om.* C | 8. ita *om.* P | 9. *αυτω*] *ΑΥΤΟΝ* C | 11. perdet] R*; disperdet R² Ph; disperderet C | 12. eos (2°)] eo P | 13. nos ne *om.* C | sua proprietate *om.* P | 14. *διαφθερει scripsimus cum* h; *ΔΙΑΦΘΕΙΡΕΙ* C; *ΔΙΑΦΘΗΡΕΙ* R²P; *ΔΙΑΦΟΡΕΙ* R*; *ΔΙΑΦΘΡΕΙ* LTK | 16. *ΔΙΑΦΘΙΡΗC* RLTK; *ΔΙΑΦΘΗΙΡΗC* P | disperdas] *in ras.* T² | *κακοζηλως restituimus cum* h; *ΚΑΚΟΖΑΩC* RLTKP; *ΚΑΚΟξΑΩC* C | 19. *τουτο* + O R²TC*Ph | *εκτ. η*] *ΕΚΤΗCΑΝ* (*η om.*) KP | 20. *εκτισατο* h | ergo] *praem.* melius R² | 21. interpr.] *praem.* ut C | symmachus P | 22. obseruauerunt C | 24. habeat in *om.* P* | ∽ simili uoce R | *ησυνθ.*] *ΗΘΕΤΗCΑΝ* C

θέτησαν, et apud Graecos συνθήκη *pactum* dicitur, ex uno verbo significatur *non servaverunt pactum*, licet Septuaginta ἠθέτησαν posuerint. In eodem: *In terra quam fundavit in saecula.* Pro quo scriptum invenisse vos dicitis: *In terra fundavit eam in saecula.* In hebraeo ita scriptum est ut vertit et Symmachus: Εἰς τὴν γῆν ἣν ἐθεμελίωσεν εἰς τὸν αἰῶνα. Si autem non de terra dicitur, quod fundata sit, sed de alia, quae fundata videatur in terra, probent ex prioribus et sequentibus quis sensus sit, ut nescio quid, quod non dicitur, fundatum videatur in terra. Sin autem sanctificium in terra fundatum putant, debuit scribi: *In terra fundavit illud in saecula.* In eodem: *Et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Non habet ἐν τῇ συνέσει, ut scribitis numero singulari, sed ἐν ταῖς συνέσεσιν, quod *intellegentias* sonat, sicut habetur et in hebraeo † BATHABUNOTH †, quod est *in intellectibus.*

Septuagesimo octavo: *Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.* Quod graece ὡς ὀπωροφυλάκιον dicitur nec aliter potest verti quam a nobis translatum est. Significat autem speculam, quam custodes agrorum et pomorum habere consuerunt, ut de amplissima urbe parvum tuguriunculum vix remanserit. Hoc secundum Graecos. Ceterum in hebraeo LICHIN scriptum habet, quod Aquila vertit λιθαόριον, id est *acervum* et *cumulum lapidum*, quibus vineae et agri purgari solent.

Septuagesimo nono: *Et plantasti radices eius hinc.* Et dicitis quod in graeco *hinc* non habeat. Et bene, nam et in nostris codicibus non habetur, et miror, quis imperitorum vestros libros falsaverit.

Octogesimo secundo: *Hereditate possideamus sanctuarium Dei.* Et dicitis quod in graeco sit scriptum κληρονομήσωμεν ἑαυτοῖς, id est *pos-*

3. Ps. 77, 69 9. cf. psalt. iuxta Hebr. 10. Ps. 77, 72 14. Ps. 78, 1 19. cf. psalt. iuxta Hebr. 21. Ps. 79, 10 24. Ps. 82, 13

Codd. RLTCKP.

2. posuerunt K*P | 3. scriptum + est T* | 4. eam] ea R*LCKP | 5. simachus P | εις την γην ην] R*; ЄN TH ΓH R²T | εθεμελιωσεν + AYTHN R²T | 6. de terra] dextera P | 7. quis] quid C | 8. fund.] fundatur KP | 10. in (3°) *om.* CP | 11. CYNЄCI R*LTK | 12. intellegentia C | 13. bathabunoth *restituimus cum* h; athacunuth RLT K; athcynuth C; athacunud banacain P | in *om.* CKPh | 14. hierlm CP | custodiam] K*; custodia R*LTCK² | 15. ως] R*; ЄIC R²Th | ∽ potest aliter P | 16. speculum C | agr.] sacrorum L*TKP; acrorum L² | 17. consueuerunt T* | 20. tumulum P | 21. hinc] hic C* | dicis L | 22. nam et] nam RK; non K* | 23. miror quis ... fals.] quis ... fals. nescio P | falsauerat K* | 25. ЄAUTOYC T; ЄNЄNAYTOIC P.

sideamus nobis. Quae superflua quaestio est; quando enim dicitur *possideamus*, intellegitur et *nobis.*

Octogesimo tertio: *Cor meum et caro mea exultavit in Deum vivum.* Pro quo in graeco scriptum dicitis *exultaverunt.* In hoc nulla contentio est; si enim legimus *exultavit*, intellegitur *cor meum exultavit et caro mea exultavit.* Sin autem *exultaverunt*, duo pariter exultaverunt, id est cor et caro. Et quaeso vos, ut huiusmodi ineptas et superfluas contentiones, ubi nulla est sensus inmutatio, declinetis. In eodem: *Beatus vir, cui est auxilium abs te.* In graeco invenisse vos dicitis: *Cui est auxilium eius abs te*; quod, quia nos in latina interpretatione vitavimus, ut dicimus, reprehendimur. Cui enim non pateat, quod si dicere voluerimus *cui est auxilium eius*, apertissimum vitium sit; et quando praecesserit, *cui* sequi non debeat *eius*, nisi forte vitii arguimur, quod vitavimus vitium. In eodem: *In valle lacrimarum.* Pro quo dicitis in graeco scriptum esse *κλαυθμῶνος*, id est *plorationis.* Sed sive *ploratum* sive *planctum* sive *fletum* sive *lacrimas* dixerimus, unus est sensus. Et nos hoc sequimur, ut ubi nulla de sensu est inmutatio, latini sermonis elegantiam conservemus.

Octogesimo quarto: *Benedixisti, Domine, terram.* Pro eo quod est *benedixisti*, in graeco scriptum dicitis *εὐδόκησας*; et quaeritis, quomodo hoc verbum exprimi debeat in latinum. Si contentiose verba scrutamur et syllabas, possumus dicere: *Bene placuit, Domine, terra tua*; et dum verba sequimur, sensus ordinem perdimus. Aut certe addendum est aliquid, ut eloquii ordo servetur et dicendum: *Conplacuit tibi, Domine, terra tua.* Quod si fecerimus, rursum a nobis quaeritur, quare addiderimus *tibi*, cum nec in graeco sit nec in hebraeo. Eadem igitur interpretandi sequenda est regula, quam saepe diximus, ut ubi non fit damnum in sensu, linguae in quam transferimus *εὐφωνία* et proprietas conser-

3. Ps. 83, 3 8. Ps. 83, 6 14. Ps. 83, 7 16. fletum] sic in psalt. iuxta Hebr. 19. Ps. 84, 2

Codd. RLTCKP.

1. enim *om.* C | 2. nobis] R*; a nobis R^2 | 4. in hoc] *praem.* et R^2P | 7. ineptas = P; ineptias *rell. codd. et* h | 9. cui (*1°*)] cuius RTPh | in graeco — 10. abs te *om.* P | cui (*2°*)] R*; cuius R^2 | 10. eius] ei R* L^2 (i *in ras.*) | uitamus C* | 11. dicitis R^2Ph | reprehenditur P | 12. cui] R*; cuius R^2P | 13. cui] R*; cuius R^2 | 14. in graeco *om.* P | ∿ in greco dicitis T* | 15. ∿ siue fletum siue planctum P | 16. est *om.* C | hoc *om.* R* | 17. elegantia C | 19. terram + tuam Ph | eo] quo P | 20. quęretis R* | 21. contentiosa P | 24. ∿ domine tibi P* | 26. sit *om.* R* | 27. ut *om.* C | fit] fuit K*; sit C | 28. in sensum RC | in qua T.

vetur. In eodem: *Misericordia et veritas obviaverunt sibi.* Et dicitis quod in graeco *sibi* non habeat. Nec in hebraeo habet, et apud Septuaginta obelo praenotatum est; quae signa dum per scriptorum neglegentiam a plerisque quasi superflua relinquuntur, magnus in legendo error exoritur. Sin autem non fuerit additum *sibi*, misericordia et veritas non sibi, sed alii occurrisse credentur, nec iustitia et pax sibi dedisse osculum, sed alteri.

Octogesimo quinto: *Et non proposuerunt te in conspectu suo.* Et dicitis, quod in vestro codice *te* non habeat. Addite *te* et, emendato errore librarii, vestrum quoque errorem emendabitis. In eodem: *Et tu, Domine Deus, miserator et misericors.* In graeco invenisse vos dicitis: *Et tu, Domine Deus meus.* Quod superfluum est; *meus* enim nec in hebraeo habetur nec in Septaginta.

Octogesimo octavo: *Magnus et horrendus.* Pro quo in graeco invenisse vos dicitis φοβερός, quod significat *terribilis, timendus, formidandus.* Ego puto in id ipsum significari et *horrendum*, non ut vulgus existimat *despiciendum* et *squalidum*, secundum illud:

Mihi frigidus horror
Membra quatit;

et:

Horror ubique animo, simul ipsa silentia terrent;

et:

Monstrum horrendum ingens;

et multa his similia. In eodem: *Tunc locutus es in visione sanctis tuis.* Pro quo in graeco *filiis tuis* invenisse vos dicitis. Sed sciendum, quod in hebraeo LAASIDACH habet, quod omnes τοῖς ὁσίοις σου, id est

1. Ps. 84, 11 2. cf. psalt. iuxta Hebr. 8. Ps. 85, 14 10. Ps. 85, 15 14. Ps. 88, 8 18. Vergil. Aeneid. III, 29-30 21. Vergil. Aeneid. II, 755 23. Vergil. Aeneid. III, 658 24. Ps. 88, 20

Codd. RLTCKP.

2. habet] habeat K* | 4. in legendum R | exoritur] oboritur R | 5. sibi (*I°*)] tibi KP | 6. credantur R*; crederentur P* | 9. emendato — 10. emendabitis] emendabitis errorem librarii uestri P | emendate K | 10. errore] K*; errorem K² | 11. uos inuenisse nos P*; uos inuenisse P² | 15. timendus] *praem.* et P | 16. in *om.* R²L²C | significare R | 17. existimat] L² (exi *in ras.*); estimat P | 18. frigidus] frigus LC K* | 23. ingens] *in ras.* P² | 25. ∽ inuenisse uos dicitis filiis tuis C | 26. laacidach T | habeat KP | τοις οσιοις] *TOIC YIOIC* P; *TOYC YIOYC* T.

sanctis tuis, transtulerunt et sola sexta editio *prophetis tuis* interpretata est, sensum magis quam verbum exprimens. Et in κοινῇ tantum pro *sanctis filios* repperi. In eodem: *Tu vero reppulisti et respexisti.* Pro quo in graeco ἐξουδένωσας invenisse vos dicitis. Unius litterae mutatio quantum vobis fecit errorem! Non enim *respexisti*, sed *despexisti* et *pro nihilo duxisti* interpretati sumus. Nisi forte ἐξουδένωσας non putatis transferendum *despexisti*, sed, secundum disertissimum istius temporis interpretem, *adnihilasti* vel *adnullasti* vel *nullificasti*, et si qua alia possunt inveniri apud inperitos portenta verborum.

Octogesimo nono: *A saeculo usque in saeculum tu es Deus.* Et dicitis, quod in graeco non sit *Deus.* Quod apud eos deesse manifestum est. Nam † HEL † hebraicum et omnes alii interpretes et Septuaginta similiter transtulerunt: Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ ὁ θεός, quod hebraice dicitur MEOLAM AD OLAM ATH HEL. In eodem: *Quoniam supervenit mansuetudo et corripiemur.* In graeco invenisse vos dicitis *mansuetudo super nos.* Sed et hoc superfluum est.

Nonagesimo: *Dicet Domino: susceptor meus es tu.* Et dicitis, quod in graeco *es* non habeat. Ego vobis amplius dicam, quod apud Hebraeos nec *es* habeat nec *tu*; sed apud Septuaginta et apud Latinos pro εὐφωνίᾳ et verborum consequentia positum sit.

Nonagesimo tertio: *Beatus homo quem tu erudieris, Domine.* Dicitis in graeco non esse *tu.* Et verum est; sed apud Latinos propter εὐφωνίαν positum. Si enim dicamus: *Beatus homo quem erudieris, Domine*, conpositionis elegantiam non habebit. Et quando dicitur *Domine* et

3. Ps. 88, 39 10. Ps. 89, 2 15. Ps. 89, 10 17. Ps. 90, 2 19. sic in psalt. iuxta Hebr. 21. Ps. 93, 12 23. cf. psalt. iuxta Hebr.

Codd. RLTCKP.

2. uerba P | tantum] *praem.* non K P | 3. repperiri KP | resp.] despexisti K P | 4. ∿ mutatio litterę P | 5. et pro nih. duxisti *om.* KP | 6. sumus nisi] sunt id est contempsisti KP | putasti KP | 7. disertissimum] L*; dissertissimum L²TCK; desertissimum R | 8. et si — possunt *om.* C 9. inuenire R | 10. usque *om.* T*; *praem.* et R²Ph | 12. hel hebraicum *restituimus*; et in hebraicum LTC(hębraycum); in hebraicum R; est in hebraico h; et hebraicam P; hebraica K | 13. simili C; *om.* KP | εως] *praem.* *KAI* R²L²TCh | συ] *COI* R* L*K; *COY* R² | 14. in eodem *om.* P | 15. quoniam] quod P | et corripiemur — 16. mansuetudo *om.* KP | 15. inuenisse *om.* LTC | ∿ uos dicitis inuenisse h | 16. hoc] in hoc R | 17. dicet] dicit R | 19. *ЄΥΦΩΝΙΑΝ* C; *ЄΟΦΩΝΙΑΝ* LT | 21. erudies RL | 22. ∿ positum propter eufoniam K | erudies LT; tu erudies R* | 24. habet KP.

apostrofa fit ad Dominum, nihil nocet sensui si ponatur et *tu*. In eodem: *Et in malitia eorum disperdet eos*. In graeco dicitis non esse praepositionem *in*, sed legi: *Malitiam eorum disperdet*. Sciendum autem, quod et in hebraeo et in cunctis interpretibus positum sit: *In malitia eorum disperdet eos*. Si autem voluerimus legere: *Malitiam eorum disperdet*, id quod in Septuaginta sequitur in fine versiculi *eos* et superfluum erit et vitiosum.

Nonagesimo septimo: *Recordatus est misericordiae suae*. Pro quo in graeco invenisse vos dicitis *misericordiae suae Iacob*. Sed hic *Iacob* nomen superfluum est.

Centesimo: *Oculi mei ad fideles terrae ut sederent mecum*. Pro quo in graeco invenisse vos dicitis: *Τοῦ συγκαθῆσθαι αὐτοὺς μετ' ἐμοῦ*. Quis non talem fugiat interpretationem, ut verbum ad verbum exprimens dicat: *ut consederent ipsi mecum?*

Centesimo primo: *Vigilavi et factus sum sicut passer solitarius in tecto*. Et dicitis vos in graeco invenisse *ἐπὶ δώματι*, quod antiqui codices Latinorum interpretati sunt *in aedificio*. *Δῶμα* in orientalibus provinciis ipsum dicitur quod apud nos *tectum*. In Palestina enim et Aegypto, ubi vel scripti sunt Divini libri vel interpretati, non habent in tectis culmina, sed *δώματα*, quae Romae vel *solaria* vel *meniana* vocant, id est plana tecta quae transversis trabibus sustentantur. Denique et Petrus in Actibus Apostolorum, quando ascendit in *δῶμα*, in tectum aedificii ascendisse credendus est. Et quando praecipitur nobis, ut faciamus *δώματι* nostro coronam, hoc praecipitur, ut in tecto faciamus per circui-

2. Ps. 93, 23 8. Ps. 97, 3 11. Ps. 100, 6 15. Ps. 101, 8 22. cf. Act. 10, 9 23. cf. Deut. 22, 8

Codd. RLTCKP.

1. apostrofa] ad postremum C | ponitur KP | 3. legitis C | mali(t)ia CKP | disp. + eos R^2 | 4. in malitiam TC | 5. eos — disperdet *om.* P | 6. id] et secundum C* | in finem RLTC | uersiculi] saeculi R*LT | ∿ eos in fine uers. K* | 8. non. sept.] XCVIII RL | 10. nomen *om.* C | 11. cent.] *om.* T | ad fideles] semper P† | sedeant KP | 12. in graeco *om.* K*P | CYNKAΘHCΘHNAI L | αυτους *om.* P | 13. fugam interpretatione KP | 14. consederint R^2; considerent KP; considerint R* | ∿ mecum ipsi T* | 16. ∿ in greco uos KP | 17. in (*I°*) *om.* KP | 18. nos tectum] latinos tecum P | palaestina h; palestino KP | aegipto K; egypto P; *praem.* in C | 19. uel (*I°*) *om.* C | ∿ uel ubi P | in tecta P | 20. rome T; more C | maeniana h; mediana R*LTC; mẹnia K | 21. ∿ in act. apost. petrus P | 22. δωμα] doma RL; domo T; domata C | 23. credendum C | 24. δωματι *scripsimus cum* h; domati R LTC; doma in K; domia in P.

tum quasdam eminentias, ne facilis in praeceps lapsus sit. Et in Evangelio: *Quae*, inquit, *auditis in aure, dicite super δώματα*, id est *super tecta*. Et in Esaia: *Quid vobis est quod omnes ascendistis in tecta vana?* et multa istiusmodi. In eodem: *Factus sum sicut νυκτικόραξ in domicilio*. Quod similiter habetur in graeco. Et quaeritis quid significet *νυκτικόραξ* apud Latinos. In hebraeo pro *nycticorace* verbum BOS scriptum est, quod Aquila et Septuaginta et Theodotio et quinta editio *nycticoracem* interpretati sunt, Symmachus *upupam*, sexta editio *noctuam*, quod et nos magis sequimur. Denique, ubi apud nostros et Graecos legitur: *Factus sum sicut νυκτικόραξ in domicilio*, apud Hebraeos dicitur: *Factus sum sicut noctua in ruinosis*. Plerique *bubonem* contentiose significari putant. In eodem: *A facie irae et indignationis tuae*. Pro quo in graeco invenisse vos dicitis: *A facie irae tuae*, cum manifestissimum sit, quod et apud Hebraeos et apud Septuaginta interpretes sic habet: *Ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς καὶ τοῦ θυμοῦ σου*. In eodem: *Quoniam placuerunt servis tuis lapides eius et terrae eius miserebuntur*. Pro *terra* in hebraeo AFAR positum est, quod omnes *χοῦν* transtulerunt; et potest tam *pulvis* quam *humus*, id est *terra*, interpretari.

Centesimo secundo: *Non in perpetuo irascetur*. Pro quo in graeco invenisse vos dicitis: *Non in fine*. Sed verbum hebraicum NES et *perpetuum* et *finis* et *victoria* pro locorum intellegitur qualitate.

Centesimo tertio: *Qui facis angelos tuos spiritus*. Pro quo in graeco

2. Matth. 10, 27 3. Esai. 22, 1 4. Ps. 101, 7 11. bubonem] sic in psalt. iuxta Hebr. 12. Ps. 101, 11 15. Ps. 101, 15 17. puluis] sic in psalt. iuxta Hebr. 19. Ps. 102, 9 22. Ps. 103, 4

Codd. RLTCKP.

1. nec R*L* | 2. aure] tecto K | dicitis KP | *δωματα scripsimus cum* h; domata *omn. codd.* | 3. ęsaya C; isaia R | quid] quod R*; + inquit T* | ascenditis CKP | in] super P† | uana] noua C; una KP | 4. huiusmodi P. ¶ uel istiusmodi P² | 5. ∿ in gr. habetur KP | 6. nicticorace CKP; necticorace RLT | 7. quod aquila *om.* KP | theodotio] T*; theodotion T² | nicticoracem L*CKP | 8. symachus P; + uero KP | hupupam LT; ububam P | 9. ubi *om.* KP | nostros] nos KP | graecos] *praem.* apud K | 10. dicitur factus sum *om.* K | 12. irae + tuae KP | pro quo — 13. irae tuae *om.* KP | 13. manifestum KP | 14. habet] R*; habeat P; habetur R² | 15. *οργης* + COY L²TCh | 16. pro terra] propterea C*P | 17. tam puluis] amplius KP | 19. in perpetuo] R*; in perpetuum R² | irascitur R* | ∿ inuenisse uos in greco dicitis T | 20. in finem R*h | nes] nese h | 21. pro — qualitate] intelligitur K | pro] et pro C | ∿ intellegitur pro locorum qualitate P | 22. facit C | suos P* | in graeco *om.* C.

invenisse vos dicitis: Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, id est: *Qui facit angelos suos.* A quibus breviter quaerite, quomodo cum ad Deum sermo sit, quasi ad alium loquens Propheta repente mutetur; maxime cum sic incipiat: *Domine, Deus meus, magnificatus es vehementer; confessionem et decorem induisti.* Et: *Qui tegis in aquis superiora eius,* id est caeli. *Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum.* Et statim sequitur: *Qui facis angelos tuos spiritus et ministros tuos ignem urentem. Qui fundasti terram super stabilitatem suam.* Et post paululum: *Ab increpatione tua fugient; a voce tonitrui tui formidabunt.* Et: *In loco, quem fundasti eis. Qui emittis fontes in convallibus.* Et illud: *Ut educas panem de terra.* Si ergo omnia ad secundam personam sunt, id est ad Deum, quomodo in uno versiculo tertia persona subito et extra ordinem introducitur? In eodem: *A voce tonitrui tui formidabunt.* Habet et in hebraeo *tonitrui tui*; et miror quomodo apud Latinos scriptorum errore subtractum sit. In eodem: *Hoc mare magnum et spatiosum manibus.* Dicitis in graeco *manibus* non haberi. Et ego novi, sed ex hebraico et de Theodotionis editione in Septuaginta sub asterisco additum est. Denique et in hebraeo ita scriptum est ZE HAIAN GADOL UARAB IDAM, quod Aquila sic interpretatus est: *Αὐλὴ καὶ πλατεῖα χερσίν,* et omnes interpretes: *Αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος χερσίν.* Et hoc secundum hebraicam dicitur proprietatem *μεταφορικῶς,* quod quasi expansas manus habeat et in se cuncta suscipiat. In eodem: *Ut educas panem de terra.* Pro quo invenisse vos dicitis *ut educat.* Sed

4. Ps. 103, 1 5. Ps. 103, 3 6. ibid. 7. Ps. 103, 4-5 9. Ps. 103, 7 10. Ps. 103, 8. 10 11. Ps. 103, 14 13. Ps. 103, 7 15. Ps. 103, 25 23. ut educas] Ps. 103, 14 ut educat] sic in psalt. iuxta Hebr.

Codd. RLTCKP.

1. AYTOYC P | id est *om.* K | facis K | 2. suos + spiritus K | quaerite *om.* P* | 3. sit] fit P | ad *om.* T | repente *om.* P* | ∼ cum sic maxime P* | 4. meus *om.* RLT | 5. in *om.* R²KP* | id est] idem P*; item K | caeli] alibi KP | 6. pones LT*K; ponens C | pinnas R*L* | 9. fugiant C; + et KP | 10. quem] quam R* | emittes LT* C | 11. educas] C*; educam C² | 12. uno] unius P* | tertiam personam C | et *om.* C* | 14. tui *om.* KP | 15. scriptorum error subtractus K; error scriptorum subtractus P | 17. hebraica P | de *om.* CKP | 18. est (*I°*) *om.* R*KP | 18. haiam KPh | 19. gadla KP; sadoll RLTC | oarab C | idaim KPh | αυλη — 20. interpretes *om.* R*LT C | 21. et hoc — μεταφορικως *om.* RLT C | ΜΕΤΑΦΩΡΙΚΟΝ K; ΜΕΤΑΦΩΡΙΚΩΝ P | 22. quo KP | expansis manibus C | 23. educas] educat C*.

non potest aliud ad ipsum, aliud de ipso dici. Aut omnia quasi ad Deum loquebatur Propheta, aut omnia ad alium de eo referebat. Cum autem pleraque ad ipsum dirigantur, et ea quae ambigua sunt ad ipsius personam dirigenda sunt. In eodem: *Herodii domus dux est eorum.* Pro *herodio*, quod in hebraeo dicitur ASIDA, Symmachus *ἱκτῖνα*, id est *milvum*, interpretatus est. Denique et nos ita vertimus in latinum: *Ibi aves nidificabunt, milvi abies domus est*, quod scilicet semper in excelsis et arduis arboribus nidos facere consueverit. Unde et sexta editio manifestius interpretata est: *Milvo cupressi ad nidificandum.* Pro *abietibus* autem et *cupressis* in hebraeo ponitur BARUSIM, quod magis *abietes* quam *κυπαρίσσους* significat. In eodem: *Petra refugium erinaciis.* Pro quo in hebraeo positum est SPHANNIM, et omnes *χοιρογρυλλίους* voce simili transtulerunt, exceptis Septuaginta, qui *lepores* interpretati sunt. Sciendum autem animal esse non maius ericio, habens similitudinem muris et ursi; unde et in Palestina *ἀρκομῦς* dicitur et magna est in istis regionibus huius generis abundantia semperque in cavernis petrarum et terrae foveis habitare consuerunt.

Centesimo quarto: *Dedit terra eorum ranas.* Pro quo in graeco *ἐξῆρψεν* vos legisse dixistis. Quod potest ita interpretari: *Ebullivit terra eorum ranas.* Sed et in hoc nulla est in sensu mutatio et nos antiquam interpretationem sequentes, quod non nocebat, mutare noluimus. In eodem: *Et contrivit lignum finium eorum.* Pro quo in graeco invenisse vos dicitis *omne lignum.* Sed et hoc additum est et superfluum. In

4. Ps. 103, 17 6. cf. psalt. iuxta Hebr. 11. Ps. 103, 18 18. Ps. 104, 30 19. sic in psalt. iuxta Hebr. 22. Ps. 104, 33

Codd. RLTCKP.

1. dici aut] dici dici autem KP | 4. erodii R | 5. erodio R | simmachus L; symachus P | *ικτινα*] ЄIKTЄINA RLT; ЄKTЄINA KP | 8. consueuerunt KP; consueuit C | 9. cupressi] T*; cupręssi R²; cypressi C*K; cipressi T²; copręssi R²; cypressus C² | 10. cupressis] T*; cypressis K; cipressis T²; copręssis R; cypressos C | 11. *κυπαρισσους scripsimus cum* h; cyparissos R; cyparessos T*; cypressos LT²CP; cypressus K | herinaciis KP | 12. spannim T; phannim KP | *χοιρογρυλλιους scripsimus*; XOIPOΓPYΛΛOYC C; ЄXOIPOYPYAΛIOYC R*L*; XOIPOYPYAΛIOIC L²; TOIC XOIΓω[···]PYΛIO[···] R²; TOY XOIΓOPYΛIOIC T; XOYPΓYMOIC KP; *τοις χοιρογρυλλιοις* h | 13. exceptis] soli KP | 14. sciendum + est KP | maius] magis KP | ericio] K*; hericio K²P | 15. et (2°) *om.* R LT | arcomus KP | 16. in *om.* KP | 18. dedit] edidit KP | 19. dicitis K | ita *om.* C.

eodem: *Quoniam memor fuit verbi sui quod habuit ad Abraham puerum suum.* Pro quo in graeco legisse vos dicitis ὃν διέθετο, id est *quod disposuit.* Ita enim et in hebraeo et apud Septuaginta habetur interpretes: Ἐμνήστη τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, τοῦ πρὸς Ἀβραὰμ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Ergo, quod in graeco dicitur ὃν διέθετο, in hoc loco et superfluum est et radendum.

Centesimo quinto: *Confitemini Domino, quoniam bonus.* Pro quo in graeco legisse vos dicitis *quoniam* χρηστός, id est *suavis.* Sed sciendum, quod χρηστός et in *bonum* et in *suave* verti potest. Denique in hebraeo ita scriptum est CHI TOB, quod omnes voce simili transtulerunt *quia bonus.* Ex quo perspicuum est, quod et χρηστός *bonus* intellegatur. In eodem: *Non fuerunt memores multitudinis misericordiae tuae.* Dicitis quod in graeco inveneritis: *Et non fuerunt memores; et* coniunctio superflua est. In eodem: *Et inritaverunt ascendentes in mare Rubrum.* Pro quo in graeco invenisse vos dicitis καὶ παρεπίκραναν, et putatis verbum e verbo debere transferri *et amaricaverunt.* Sed haec interpretatio *adnullationi* consimilis est sive *adnihilationi.* Legite Ezechiel et invenietis παραπικρασμόν *inritationem* et *exacerbationem* semper expressum, ubi dicitur οἶκος παραπικραίνων, id est *domus exasperans.* In eodem: *Et vidit cum tribularentur, et audivit orationem eorum.* Quicquid extra hoc in graeco vos invenisse dixistis, superfluum est.

Centesimo sexto: *Et statuit procellam eius in auram, et siluerunt fluctus eius.* Hoc ergo quod pro isto in graeco invenisse vos dicitis: Καὶ ἐπετίμησεν τῇ καταιγίδι αὐτῆς καὶ ἔστη, superfluum est. In eodem:

1. Ps. 104, 42 7. Ps. 105, 1 12. Ps. 105, 7 14. ibid. 17. adnullationi] cf. supra p. 32, l. 8 Ezech.] cf. Ezech. 2, 5. 6. 7 etc. 20. Ps. 105, 44 22. Ps. 106, 29

Codd. RLTCKP.

1. uerbi + sancti h | 2. legisse] inuenisse TK | διεθετο] ЄΘЄΤΟ C | quod *om.* C* | 3. apud] in R²LTC; *om.* R* | ∿ interpretes habetur P | 4. interpr. + *OTI* R²L*Th | 5. διεθετο] ЄΘЄΤΟ C | et] quod et K P | 8. ∿ uos legisse P | χρηστος] Xpos P | 9. quod] quoniam T | et (*1°*) *om.* KP | in suaue] R*; in suauem R²KP | denique + et Ph | 10. simili] semel R* | 11. est *om.* T | quod] qui C | et *om.* KP | intellegitur C | 14. mare + mare h | 15. in graeco *om.* P | 16. e *om.* KP | debere] deberi C; posse KP | sed + et Ph | 17. similis T | hiezechiel R; ezechihelem C P; ehechiel K | 18. inuenitis RLK | ΠΑΡΑΠΙΚΡΑCΜΟC RLTCh | inrit. et] irritatio KP | expressam KP | 19. ΠΑΡΑΠΙΚΡЄΝΩΝ RLT; ΠΑΡΑΠΙΚΡЄΝΑ K; ΠΑΡΑΙΤΙΚΡΗΝΑ P | 21. uos *om.* CP* | ∿ inuenisse uos P²h | dicitis KP | 22. eius *om.* C | 24. επετιμ.] ЄΠЄΤΑξЄΝ TP | ΑΥΤΟΥ T | και εστη *om.* CP; + ЄΙC ΑΥΡΑΝ R²Th.

Et deduxit eos in portum voluntatis eorum. Pro quo invenisse vos dicitis *in portum voluntatis suae.* Sed in hebraeo non habet EPHSAU, quod *voluntatis suae* significat, sed EPHSAM, quod *voluntatis eorum* sonat.

Centesimo septimo: *Exsurge, gloria mea,* quod dicitis in latino non esse, recte in isto psalmo non habet, quia nec apud Hebraeos, nec apud ullum interpretum repperitur, sed habetur in quinquagesimo sexto psalmo, de quo mihi videtur a quodam in istum locum esse translatum. In eodem: *Mihi alienigenae amici facti sunt.* Pro quo in graeco invenisse vos dicitis *ὑπετάγησαν,* hoc est *subditi sunt.* Sed hoc in quinquagesimo nono psalmo scriptum est; in praesenti autem ita apud omnes invenimus translatores: *Ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ἐφιλίασαν,* id est *amici facti sunt,* quod hebraice dicitur ETRHOHE.

Centesimo nono: *Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion.* Dicitis vos in graecis codicibus non legisse *virtutis tuae.* Quod manifeste et in hebraeo et in Septuaginta interpretibus habet. In eodem: *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Dicitis in graeco legi *et dominare.* Sed hoc nec in hebraeo habetur nec apud Septuaginta et superfluum est.

Centesimo decimo: *Confitebor tibi, Domine, in toto corde.* In graeco invenisse vos dicitis *in toto corde meo.* Sed et hoc hic superfluum est.

Centesimo tertio decimo: *Deus autem noster in caelo.* Pro quo in graeco legisse vos dicitis *in caelo et in terra.* Sed et hoc hic superfluum est.

Centesimo quarto decimo: *Et in diebus meis invocabo te.* Dicitis quod in graeco non sit *te.* Et bene, e vestris quoque codicibus eraden-

1. Ps. 106, 30 4. Ps. 107, 3 6. cf. Ps. 56, 9 8. Ps. 107, 10 9. cf. Ps. 59, 10 13. Ps. 109, 2 16. ibid. 19. Ps. 110, 1 21. Ps. 113, 11 23. Ps. 114, 2

Codd. RLTCKP.

1. deduxisti KP | pro quo + in greco R*C | inuenisse *om.* KP | uos *om.* P* | 2. ephsau — 3. sed *om.* KP | 3. suae — uoluntatis (*2°*) *om.* C | 5. non (*1°*) *om.* P* | habet] R*; habetur R² | 6. interpretem TKP | habet KP | 8. in eodem — 9. dicitis *om.* R*LTC | 9. uos *om.* P* | 10. in presente R* | 11. εμοι αλλοφυλοι εφιλιασαν] R*; ЄMOI AΛΛOΦYΛOI OI ΦIΛOI AYXΘHCAN R²; ΑΛΛΟΦΥΛΟΥ ΥΠЄΤΑΓΗCAN P; *OI ΦIΛOI AYXΘHCAN* T | 12. etrhohe] etrhhe C; ethrohe h; ethroeth KP | 13. emittit R* | ex syon C; exion L*; ex syon ex syon KP | 15. habet] R*; habetur R² | 16. legisse C | 17. et *om.* KP | 19. corde + meo L(*ut vid.*) K | in graeco — 20. corde *om.* P | 20. et *om.* P* | 21. centesimo — 22. est *om.* K P | 22. legisse] inuenisse R | hic *om.* h | 24. e] et ex C; de KP; et R | codicibus *om.* P | ∽ uestr. cod. quoque R | radendum CKP.

dum est. In ipso: *Placebo Domino in regione vivorum.* Pro quo in graeco legisse vos dicitis: *Placebo in conspectu Domini.* Sed hoc superfluum est.

Centesimo septimo decimo: *Et in nomine Domini, quia ultus sum in eos.* Dicitis *quia* in graecis codicibus non inveniri. Sed et in latinis sub asterisco legendum est.

Centesimo octavo decimo: *Et meditabar in mandatis tuis quae dilexi.* In graeco *vehementer* additum legisse vos dicitis. Sed hoc superfluum est. In eodem: *Levavi manus meas ad mandata quae dilexi.* In graeco legisse vos dicitis *ad mandata tua.* Sed hoc superfluum est. In eodem: *Cogitavi vias meas.* In graeco *vias tuas* legisse vos dicitis. Sed hoc superfluum est et rectius *meas* legitur. In eodem: *Et avertisti pedes meos in testimonia tua.* In graeco legisse vos dicitis *et averti.* Sed et hoc superfluum est. In eodem: *Ego autem in toto corde scrutabor mandata tua.* In graeco *in toto corde meo* legisse vos dicitis. Sed hic *meo* superfluum est. In eodem: *Anima mea in manibus meis semper et legem tuam non sum oblitus.* Pro quo in graeco legisse vos dicitis: *Anima mea in manibus tuis semper.* Sed sciendum et apud Hebraeos et apud Septuaginta et omnes alios interpretes scriptum esse *in manibus meis*, et non *in manibus tuis*, quod hebraice dicitur BACHAFFI; et omnes apud Graecos ecclesiastici interpretes istum locum sic edisserunt, et est breviter hic sensus: cotidie periclitor et quasi *in manibus meis* sanguinem meum porto, *et* tamen *legem tuam non obliviscor.* In eodem: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.* Pro quo in graeco legisse vos dicitis: *Quia non custodivi legem tuam.*

1. Ps. 114, 9 4. Ps. 117, 10. 11. 12 7. Ps. 118, 47 9. Ps. 118, 48 10. sic in psalt. iuxta Hebr. 11. Ps. 118, 59 12. ibid. 14. Ps. 118, 69 16. Ps. 118, 109 24. Ps. 118, 136

Codd. RLTCKP.

2. ∿ uos legisse P | sed + et R | 4. et *om.* KP | 5. in (*I°*) *om.* RLC | quia] quod LTP | ∿ cod. grecis P | inuenitur TKP; inuenire R* | et *om.* KP | 7. meditabor K | dilexisti R*L | 8. ∿ legisse uos dicitis uehementer additum KP | sed + et R | 9. est *om.* K P | mandata + tua LTKPh | 10. tua + quae dilexi uehementer h | hoc] in hoc P; et hoc K. ¶ uel in hoc K² | in eodem *om.* T* | 11. uias] *praem.* iuxta h | 12. est *om.* P | in eodem — 14. superfluum est *om.* KP | 12. auertisti] uerti Ch | 13. legisse] inuenisse T | sed et hoc] *in ras.* C² | 18. et (*I°*)] quod T | 20. achaffi C | 21. ediderunt K | 23. meum *om.* K | ∿ quasi sanguinem in manibus meis porto K | 24. quia] qui L*.

Sed hoc superfluum est, quia et in hebraeo legitur: *Rivi aquarum fluebant de oculis meis, quia non custodierunt legem tuam.* In eodem: *Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum.* Pro *pronuntiabit* in graeco φθέγξεται vos legisse dixistis. Quod verbum, sive dicas *pronuntiabit* sive *effabitur* sive *loquetur*, idipsum significat. Denique et nos de hebraeo ita vertimus: *Loquetur lingua mea sermonem tuum.*

Centesimo nono decimo: *Domine, libera animam meam a labiis iniquis, a lingua dolosa.* In graeco legisse vos dicitis *et a lingua dolosa*; *et* superfluum est.

Centesimo vicesimo sexto: *Beatus vir qui inplevit desiderium suum ex ipsis.* In graeco dicitis *virum* non haberi. Quod manifestissime et in hebraeo et in Septuaginta interpretibus continetur.

Centesimo vicesimo nono: *Propter legem tuam sustinui te, Domine.* Dicitis vos in graeco invenisse *propter nomen tuum.* Et nos confitemur plura sic exemplaria repperiri; sed quia veritati studemus, quid in hebraeo sit, simpliciter debemus dicere. Pro *nomine* sive *lege* apud eos legitur THIRA, quod Aquila interpretatus est φόβον, hoc est *timorem*, Symmachus et Theodotion νόμον, id est *legem*, putantes THORA propter litterarum similitudinem iod et vau, quae tantum magnitudine distinguuntur. Quinta editio *terrorem* interpretata est, Sexta *verbum.*

Centesimo tricesimo primo: *Sicut iuravit Domino, votum vovit Deo Iacob.* Pro eo, quod nos interpretati sumus *votum vovit*, in graeco ηὔξατο legisse vos dicitis et putatis interpretari debuisse *oravit.* Sed hoc male; εὐχή enim pro locorum qualitate et *orationem* et *votum* significat secundum illud: *Redde Deo vota tua*, id est τὰς εὐχάς σου.

Centesimo tricesimo quinto: *Qui fecit luminaria magna.* Dicitis

1. sic in psalt. iuxta Hebr. 2. Ps. 118, 172 6. sic in psalt. iuxta Hebr. 7. Ps. 119, 2 10. Ps. 126, 5 13. Ps. 129, 4 21. Ps. 131, 2 25. Ps. 49, 14 26. Ps. 135, 7

Codd. RLTCKP.

1. est *om.* KP | 2. de *om.* C | pronun-(t)iauit R*KP | 3. pro pronunt.] pro quo nun(t)iauit KP | pro *om.* T | ΦΘΕΓΞΟΙΤΟ P | 4. dicitis T* | dicat C | pronun(t)iauit KP | 5. loquitur R* | idipsum] ad ipsum KP | 6. loquitur R* | tuum] meum C | 8. a (*I°*)] et C; et a KP | ∽ uos legisse P | 9. et + ergo KP | 10. uic. sexto] XXV KP | inpleuit] R* (imp.); i(n)-plebit R²h | 11. in (*I°*)] et in RKP | uir CKPh | 14. ∽ in greco uos T | 15. sic *om.* C | repperire R* | ueritate R* | 17. thora C | interpretatum P | 18. symachus P | theodocion C | 19. litterae KP | ioth LT; ioht C | 21. primo *om.* KP | iurauit *om.* P | deo] domino deo K* | 23. sed hoc male *om.* KP | 25. deo] domino KP | 26. facit K

quia in graeco inveneritis *magna solus*. Sed hoc de superiori versiculo est, ubi legimus: *Qui fecit mirabilia magna solus*. Ibi ergo legendum est et hic quasi superfluum non scribendum.

Centesimo tricesimo septimo: *Quoniam magnificasti super omne nomen Sanctum tuum*. In graeco repperisse vos dicitis *super omnes*. Sed in Septuaginta ita legitur: Ὅτι ἐμεγάλυνας ἐπὶ πᾶν τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου, sicuti et nos in latinum vertimus. Ceterum apud Hebraeos ita esse cognoscite: *Quia magnificasti super omne nomen tuum verbum tuum*. Iuxta editionem autem latinam hic sensus est: *Quoniam magnificasti super omne nomen*, hoc est, quod in caelo et in terra dici potest, *Sanctum* Filium *tuum*.

Centesimo tricesimo octavo: *Quia non est sermo in lingua mea*. Pro quo in graeco legisse vos dicitis: *Quia non est dolus in lingua mea*. Quod solum Sexta editio interpretata est. Ceterum et apud Septuaginta et apud omnes interpretes et ipsum hebraicum vel λαλιάν vel λόγον, id est *eloquium* et *verbum*, scriptum habet. Denique hebraice MALA dicitur.

Centesimo tricesimo nono: *Funes extenderunt in laqueum*. Pro quo in graeco invenisse vos dicitis: *Funes extenderunt laqueum pedibus meis*. Sed hoc in hoc loco superfluum est. In eodem pro eo quod est: *Habitabunt recti cum vultu tuo*, in graeco repperisse vos dicitis *et habitabunt*. Sed hic *et* coniunctio superflua est.

Centesimo quadragesimo: *Dissipata sunt ossa nostra secus infernum*. Pro quo in graeco legisse vos dicitis *ossa eorum*. Sed et hoc superfluum est.

Centesimo quadragesimo sexto: *Nec in tibiis viri beneplacitum erit ei*. Pro *ei*, *Domino* legisse vos dicitis. Quod non habetur.

2. Ps. 135, 4 4. Ps. 137, 2 8. cf. psalt. iuxta Hebr. 12. Ps. 138, 4 16. eloquium] sic in psalt. iuxta Hebr. 17. Ps. 139, 6 19. Ps. 139, 14 22. Ps. 140, 7 25. Ps. 146, 10

Codd. RLTCKP.

1. superiore R^2L; superire R* | 2. qui] quia P | facit KP | mirab.] luminaria RC | 4. tric. sept.] xxxvi CK P | quoniam] quam KP | 7. sicut KP | 8. quia] quam KP | nomen + sanctum T | tuum (*1°*) *om.* C | 9. ∼ autem edicionem C | quoniam – 10. hoc est *om.* R* | quoniam] quam KP | 12. tric. oct.] xxxvii KP | mea] tua P | 14. quod + non C | 15. λαλιαν] alian KP | uel λογον *om.* T | ΛΟΓΙΟΝ R^2; ΛΟΥΟΝ R* | 16. mala] hela K; *om.* P | 18. in graeco *om.* P | laqueum] *praem.* in KP | 19. sed hoc in hoc loco *om.* P | hoc (*2°*) *om.* TK | 21. hic et] et hic P; hic haec T | coniunctio + est R | est *om.* T | 23. quo] eo quod C | ∼ uos legisse T | ∼ hoc et T | 25. sexto] vii C | tybiis C | uiri *om.* C | ∼ ei erit K | 26. dominum T; o domine KP | habetur] P^2 (tur *in ras.*); habeatur KP^3.

Ideo autem, quod et vos in fine schedulae quaeritis, et sanctus filius meus Avitus frequenter efflagitat, quomodo graeca interpretanda sunt verba, breviter adnotavi. *Νεομηνία* mensis exordium est, quod nos secundum latinae linguae proprietatem *kalendas* possumus dicere. Verum, quia apud Hebraeos mensis secundum lunae cursum supputatur et apud Graecos *μήνη luna* dicitur, *νεομηνία* quasi *nova luna* appellatur. *Ἔρημος* autem *desertum* vel *solitudinem* significat; *θρόνος*, *sedem* vel *solium*; *νυκτικόραξ*, ut diximus, *noctuam*. *Κυνόμυια*, non, ut Latini interpretati sunt, *musca canina* dicitur per *υ* graecam litteram; sed, iuxta hebraicam intellegentiam, per *δίφθογγον* debet scribi *οι*, ut sit *κοινόμυια*, id est *omne muscarum genus*, quod Aquila *πάνμικτον*, id est *omnimodam muscam* interpretatus est. *Λαξευτήριον* autem, pro quo Latinus *asciam* vertit, nos genus ferramenti interpretamur quo lapides dolantur. Denique, ex hebraeo vertentes ita diximus: *Et nunc scalpturas eius pariter bipinne et dolatoriis deraserunt.* *Λαξευτήριον* ergo *dolatorium* dici potest.

EXPLICIT EPISTULA SANCTI HIERONYMI AD SUNNIAM ET FRETELAM

8. diximus] supra p. 34, l. 8. 14. Ps. 74, 6 in psalt. iuxta Hebr.

Codd. RLTCKP.

1. ideo] R*; de eo R^2KP | sedulę C | 2. graeca *om.* R* | interpr.] interponenda K | sint RL | 3. uerba] nomina T | *νεομηνια*] neomenia R^2L^2TP; neominia R*L*K; necminia C | exordii C | 6. neomenia L^2T; neominia RL*; necminia C | 7. *θρονος*] thronus RLT CKP | 8. *KYNOMYA* RLT; *KYNOMIA* K; kinomia P | 10. *οι om.* T | *KOINOMIA* RLCKP; *KOYNOMYIA* T | 11. ∽ genus muscarum TP | quod] sed KP | 13. interpretabimur T; interpretati sumus KP | quod C | 14. et (*I°*)] ut RLT C | sculpturas T; sculpturam P^2; sculptura KP* | bipinnę LC; bipennae TKP*; bipenna P^2.

Subscr. explicit epistola sancti hieronimi ad sunniam et fretelam LT — explicit epistola sancti hieronimi presbiteri P — explicit R — finit K — *sine subscr.* Ch.

PSALMI

INDEX CODICUM ET EDITIONUM

R (*Reginensis*) Vaticanus, Reg. lat. 11. S. VIII.
F (*Corbeiensis*) Petropolitanus F. v. I. nº 5. S. VIII.
C (*S. Columbae*) Dublinensis, Acad. S. VI.
I (*S. Ebrulfi*) Rothomagensis 24. S. X.
L (*Lugdunensis*) Lugdunensis 425 (351) et Parisinus, N. Acq. lat. 1585. S. V-VI.

M (*Ambianensis*) Ambianensis 18. S. VIII-IX.
Q (*Caroli Magni*) Parisinus lat. 13159. a. 795-800.
W (*Dagulfi*) Vindobonensis 1861 (652). a. 783-795.

Φ^{R} (*Rorigonis*) Parisinus lat. 3. S. IX.
Φ^{G} (*Grandivallensis*) Londiniensis Add. 10546. S. IX.
Φ^{V} (*Vallicellianus*) Romanus, Bibl. Vallic. B. 6. S. IX.
Φ^{P} (*Paulinus*) Romanus, Abb. S. Pauli extra Muros. S. IX.
U (*Ultraiectensis*) Ultraiectensis 32. S. IX.
G (*Sangallensis*) Sangallensis, Abb. 20. S. IX.
K (*Augiensis*) Caroliruhensis, Aug. XXXVIII. S. IX.
Ψ^{B} (*Bovinensis*) Vaticanus lat. 10510. S. XII.

V (*S. Mariae de Cupro*) Vaticanus, Pal. lat. 65. S. XII-XIII.
D (*Cantuariensis* seu *Eadwini*) Cantabrigiensis, Trin. Coll. R. 17. I. S. XII.
Ω^{S} (*Universitatis* seu *Sorbonicus*) Parisinus lat. 15467. a. 1270.
Ω^{M} (*Mazarinaeus*) Parisinus, Bibl. Mazar. 5. a. 1231.

k *fragm. e cod. rescripto* Caroliruhensi, Aug. CXII. S. VII-VIII. [*continent* Ps. 93, 19–103, 30; 104, 24–105, 31; 106, 8–107, 14].
a Editio princeps, 42 lin. dicta (Moguntiae?), a. 1452 (?).
f Editio Iacobi Fabri Stapulensis secunda, Parisiis, a. 1513.
g Editio Gobelini Laridii, Coloniae, a. 1530.
r Editio Roberti Stephani secunda, Parisiis, a. 1532.
e Editio Roberti Stephani quarta, Parisiis, a. 1540.
l Editio Theologorum Lovaniensium, Antverpiae, a. 1583.
v *Codex Carafianus* (Vaticanus lat. 12959-12960), ubi lectionem Lovaniensium a. 1583 immutatam servat.
w *Codex Carafianus*, ubi lectionem Lovaniensium mutat.
s Editio Sixti V Pont. Max., a. 1590.
c Editio Clementis VIII Pont. Max., a. 1592.

Guill. Correctorium Guillelmi de Mara, (ex cod. Vat. lat. 3466, S. XIII).

$\Phi\Omega$ Consensus codicum Φ^{RGVP}, Ω^{SM}.

Defectus codicum in capite secundi apparatus pro unaquaque pagina notantur.

Sigla *Ro* et *He* ad psalterium quod dicitur Romanum et ad psalterium iuxta Hebraeos lectorem remittunt. Sigla vero graecis litteris expressa codices antiquarum versionum latinarum designant Veronensem (α), Sangallensem 912 (β), Sangermanensem (γ), Corbeiensem (δ), Coislinianum (ε), Vaticanum lat. 5359 (ζ), Augiensem priorem ($\varkappa$) et alterum (λ), Sangallensem 1395 (σ). Psalterium Mozarabicum citatur secundum codices Cavensem (*moz*^{c}) et Complutensem (*moz*^{x}) iisque concordantibus *moz* appellatur; Mediolanense siglo *med* indicatur. Horum omnium ant. psalt. lectiones tunc tantum expresse citantur cum a lectione psalt. *Ro* discrepant. Pro solis psalmorum titulis citatur insuper codex Amiatinus siglo *Amiat.*

Inter opera S. Hieronymi siglis *comm.* et *tract.* commentariola et tractatus designamus quae edidit d. Germanus Morin.

Libri qui rarius citantur, v. g. lectionaria, librique liturgici antiquiores, aperte, unusquisque loco suo, designantur.

In locis Patrum citatis, numeri capitulorum ad *Migne Patrologiam latinam* referuntur, vel, ubi auctorem suppetit, ad *Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum*, Academiae Vindobonensis.

DE TRIPLICI NOTARUM APPARATU

Primus notarum apparatus de constituto archetypi textu rationem reddit, in omnibus locis ubi, ceteris variantibus, codices RFC, seu codice C deficiente, RFI, inter se non concordant vel a textu nostro discrepant. Pro obelis et asteriscis vero in hoc apparatu ii tantum loci notantur ubi codex R haec signa omisit vel male adposuit.

Secundus apparatus ad historiam textus spectat et varias lectiones omnium codicum et editionum refert, exceptis mere orthographicis.

Tertius apparatus divisiones textus exhibet, maiores ex codicibus omnibus, minores vero ex RCIL.

DECLARATIO SIGNORUM

In textu:

† † loca designant ubi lectio mendosa archetypi ex coniectura vel iuxta lectionem codicum recentiorum corrigitur.

In primo vel secundo notarum apparatu:

= lectioni ipsius textus postponitur cui codicum universorum testimonium subnectitur (*apparatus plenior* seu *positivus*).

] lectionem ipsius textus designat de qua aliquid notatur vel cui refertur varia lectio alterius formae seu radicis.

**** numerum indicat litterarum erasarum vel quae legi nequeunt in codice.

† post sigla codicum, lectionem designat quae prima manu scripta in codice legebatur, priusquam *ipse scriptor* eam aliquo modo mutaret vel corrigeret.

* item post sigla codicum, lectioni postponitur quae in codice prima manu scripta fuerat, deinde vero ab *altero scriptore*, seu *secunda manu*, correcta fuit.

¹ item post sigla codicum, lectionem sequitur quam ipse scriptor propria manu corrigendo induxit.

² item post sigla codicum, lectionem designat ab altero scriptore, seu secunda manu, inductam.

³ item post sigla codicum: lectio tertia manu inducta.

Nota bene: Ubicumque signum ¹ vel ² in notis non apparet, corrector † vel * lectionem codicis sui ad formam textus nostri reduxit.

∿ inversa verba designat.

praem. praemissa verba praecedit.

+ additis verbis praeponitur.

om. omissa verba sequitur.

⟦ ⟧ post longiorem variam lectionem pluribus codicibus communem, singulorum codicum varias lectiones includunt.

¶ notis praeponitur quae ex *Correctoriis* vel ex codicum marginibus desumuntur.

In tertio apparatu:

¶ § ⟨ divisiones textus designant: maiores, medias, minores.

INCIPIT LIBER PSALMORUM

I. [1] Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum
et in via peccatorum non stetit
et in cathedra pestilentiae non sedit
[2] sed in lege Domini voluntas eius
et in lege eius meditabitur die ac nocte
[3] et erit tamquam lignum
quod plantatum est secus decursus aquarum
quod fructum suum dabit in tempore suo
et folium eius non defluet
et omnia quaecumque faciet prosperabuntur
[4] non sic impii ÷ non sic:
sed tamquam pulvis quem proicit ventus ÷ a facie terrae:
[5] ideo non resurgent impii in iudicio
neque peccatores in consilio iustorum
[6] quoniam novit Dominus viam iustorum
et iter impiorum peribit.

II. [1] PSALMUS DAVID
Quare fremuerunt gentes
et populi meditati sunt inania

I. 3. defluit R*F* | 4. ÷ *utroque loco in spatio a* R* *relicto inseruit* R^2 | 5. resurgent F* *cum* LXX; resurgunt RF^2I.

Desunt CL.

Tit. incipit liber psalmorum Ψ^B; in nomine patris et filii et spiritus sancti incipit liber psalmorum Q; liber psalmorum grelbsc; in nomine sanctae trinitatis incipit liber psalterii W; incipit (*praem.* in christi nomine Φ^P) psalterium de translatione septuaginta interpretum emendatum a sancto hieronimo praesbytero (prbo Φ^P) in nouo Φ^{RP}; incipit liber hymnorum uel soliloquiorum prophete dauid de xpcristo Ω^S; origo prophetie dauid regis psalmorum numero CL G; *om.* RFMΦ^{GV}UKVDΩ^M(*spat. rel.*)af.

I. 1. in (2°) *om.* Ω^M | in (3°) *om.* Φ^R.
3. defluit R*F*.
4. ÷ (1°) = R^2IQΦG; *om.* R*(*spat. rel.*), *rell. codd. et edd.* | proiecit Φ^{GV} | ÷ (2°) = $R^2Q\Phi^{RGVP^2}$(*sed* : *post* facie)G^2; *om.* R*(*spat. rel.*)Φ^{P}*G*, *rell. codd. et edd.*
5. resurgent = F*Φ^{V}rmc *cum LXX*, γ *moz*^{c} *et He*; resurgunt F^2, *rell. codd. et edd. cum Ro* | concilio ftsc.

II. 1. psalmus dauid] ipsi dauid Φ^P; in finem psalmus ipsi dauid f; *om.* U$\Psi^B\Omega^M$arelbsc *cum hebr., LXX et He.*

I. (*num. om. codd. et edd. praeter* FKΩ^{SM^2}fsc) | 1. ⟨beatus RI | ⟨et (1°) R | ⟨et (2°) R | 2. ⟨sed RI | ⟨et R | 3. ⟨et RI | ⟨quod (1°) R | ⟨quod (2°) R | ⟨et (2°) RI | ⟨et (3°) R | 4. ⟨non (1°) RI | ⟨sed R | 5. ⟨ideo RI | ⟨neque RI | 6. ⟨quoniam RI | ⟨et R.

II. (*num. om.* RIUG*Ψ^BVDΩ^M*ag) | 1. ⟨quare RI | ⟨et R.

[2] adstiterunt reges terrae
et principes convenerunt in unum
adversus Dominum et adversus christum eius
DIAPSALMA
[3] disrumpamus vincula eorum
et proiciamus a nobis iugum ipsorum
[4] qui habitat in caelis inridebit eos
et Dominus subsannabit eos
[5] tunc loquetur ad eos in ira sua
et in furore suo conturbabit eos
[6] ego autem constitutus sum rex ab eo
super Sion montem sanctum eius
praedicans praeceptum eius
[7] Dominus dixit ad me filius meus
es tu
ego hodie genui te
[8] postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam
et possessionem tuam terminos terrae
[9] reges eos in virga ferrea
tamquam vas figuli confringes eos
[10] et nunc reges intellegite
erudimini qui iudicatis terram
[11] servite Domino in timore
et exultate ei in tremore
[12] adprehendite disciplinam
nequando irascatur Dominus et pereatis de via iusta
[13] cum exarserit in brevi ira eius
beati omnes qui confidunt in eo.

II. 4. subsannauit R | **11.** in tremore R^2F^2I *cum LXX*; cum tremore R*F* *cum Ro* | **13.** in breue R*F*.

Desunt CLΦ^{v}(*a v.* 11, domino).

2. aduersum (*2°*) V | diapsalma] *sub* ÷ Φ^{RV*}; *om.* WΦ^{v2p}UG*KΨ^{B}VDΩ *edd. cum hebr.*

3. a nobis] *sub* ÷ Φ (*sed in* Φ^{RV} : *post* ipsorum).

4. inridebit] U*; inridet U^2 | eos] *sub* ÷ R^2(*sed* : *post* et)IΦG^2 | subsannauit RQ*.

5. conturbauit W*Ψ^{B}*.

6. ab eo] *sub* ÷ IQ^2ΦG^2 | syon Ψ^{B}DΩ𝔞 | eius (*1°*)] suum Ω^{M} *cum He* | eius (*2°*)] *sub* ÷ I.

7. es tu] esto Q*.

8. a *om.* F* *cum αδ*.

9. tamquam] *praem.* et M*Ψ^{B2}VD* Ω^{S}agrelʒc *cum Ro, cf. LXX* (*cod.* A). ¶ ant. cum hebr. et greco non interponunt « et » *Guill.* | confringis F*.

10. qui] *sub* ÷ Q^2Φ^{RGV}G^2Ψ^{B}(*sed in* Q^2Φ^{R} : *post* terram).

11. exaltate Ω^{M} | ei] *sub* ÷ R^2I Φ^{RGP2}G^2Ψ^{B} | in] M*; cum R*F*Ψ^{B}VDΩ *edd. cum Ro*; *om.* M^2. ¶ ant. cum hebr. habent « in » et grecus *Guill.*

12. dominus] *sub* ÷ R^2IQΦ^{RGP2} | iusta] *sub* ÷ R^2IΦ^{RGP2}.

13. in breue R*F*; in briue R^2 | omnes] *sub* ÷ R^2 | in eum Φ^{RG} *cum Ro et He*; in eis f.

---

2. ⟨adstiterunt RI | ⟨et R | ⟨adversus (*1°*) R | 3. ⟨disrumpamus RI | ⟨et R | 4. ⟨qui RI | ⟨et R | 5. ⟨tunc RI | ⟨et R | 6. ⟨ego RI | ⟨super R | ⟨praedicans R | 7. ⟨dominus RI | ⟨ego R | 8. ⟨postula RI | ⟨et (*2°*) R | 9. ⟨reges RI | ⟨tamquam R | 10. ⟨et RI | ⟨erudimini R | 11. ⟨servite RI | ⟨et R | 12. ⟨adprehendite RI | ⟨nequando R | 13. ⟨cum RI | ⟨beati R.

III. [1] PSALMUS DAVID CUM FUGERET
A FACIE ABESSALON FILII SUI
[2] Domine quid multiplicati sunt
qui tribulant me
multi insurgunt adversus me
[3] multi dicunt animae meae
non est salus ipsi in Deo ÷ eius :
DIAPSALMA
[4] tu autem Domine susceptor meus
es
gloria mea et exaltans caput
meum
[5] voce mea ad Dominum clamavi
et exaudivit me de monte sancto
suo
DIAPSALMA
[6] ego dormivi et soporatus sum
exsurrexi quia Dominus suscipiet me
[7] non timebo milia populi circumdantis me
exsurge Domine salvum me fac
Deus meus
[8] quoniam tu percussisti omnes
adversantes mihi sine causa
dentes peccatorum contrivisti
[9] Domini est salus et super populum tuum benedictio tua.

III. 1. fugiret R | 2. aduersus FI; aduersum R | 3. ÷ *in spatio a* R* *relicto inseruit* R² | 6, exsurrexi RF; et exsurrexi I | suscipiet I; suscepiet F; suscepit R | 7. circumdantes R* | 9. tua FI; tua diapsalma R.

Desunt CLΦ^{v}.

III. 1. psalmus — sui *om.* UΨ^{B}Ω^{M} (*spat. rel.*)𝔞 | psalmus *om.* Ω^{S} | cum — sui] et sequentia F (*in quo titulus integer in col. ad psalt. He pertinente invenitur*) | fugiret RM† | ∿ cum fug. dauid Ω^{S} | abessalon = R *cum Ro et He, cf. LXX*; abisalon MΦ^{RG}; abisolon I; absalon WΦ^{P}GKVDΩ^{S}𝔣𝔷 *Amiat.*; absolon 𝔤; absalom 𝔯𝔢𝔩𝔳𝔠; absał Q | fili R *Amiat**.

2. aduersus = FIQ²G² *cum βδσ* et He*; aduersum Q*G*, *rell. codd. et edd. cum Ro.*

3. in deo eius] *sub* ÷ Q | ÷ = R² I²Φ^{R2GP}G²; *om.* R*(*spat. rel.*)I*Φ^{R}*G*, *rell. codd. et edd.* | diapsalma *om.* WΦ^{G}* UG*KΨ^{B}VDΩ𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠.

4. es] *sub* ÷ R²Φ^{RGP}G².

5. diapsalma *om.* WΦ^{G}*UG*KΨ^{B}V DΩ𝔞𝔤𝔯𝔢𝔩𝔳𝔷𝔠.

6. exsurrexi = RF *cum hebr., LXX, a moz^{c}, cf. He*; et ex(s)urrexi *rell. codd. et edd. cum γδ et Hier. comm. p. 10 et in Hierem. 31 (38), 26, cf. Ro.* ¶ ant. « et exsurrexi » alia litera « exsurrexi » *Guill.* | suscipiet = I *cum LXX et αβγ moz^{c} atque Hier. comm. l. c. et in Hierem. l. c.* (*cod.* S), *cf. moz^{x}* (suscitabit); suscepiet F; suscepit *rell. codd. et edd. cum Ro, cf. He* (sustentauit).

7. populi *om.* Q* | circumdantes R* Q*W*Ω^{M} | exsurge] ex *sub* ÷ I².

8. tu] *sub* ÷ R²Φ^{RG2P}G²Ψ^{B} | contriuisti + diapsalma Q.

9. et] *sub* ÷ IΦ^{P} | tua + diapsalma RMΦ^{R}(*sub* ※)^{v}G²(*sub* ※), *cf. hebr.*; + semper 𝔣 *cum He.*

III. (*num. om.* IUG*Ψ^{B}VDΩ^{M}*𝔞) | 2. ⟨domine RI | ⟨multi R | 3. ⟨multi RI | ⟨non R | 4. ⟨tu RI | ⟨gloria R | 5. ⟨voce RI | ⟨et R | 6. ⟨ego RI | ⟨exsurrexi R | 7. ⟨non RI | ⟨exsurge R | 8. ⟨quoniam RI | ⟨dentes R | 9. ⟨domini RI.

IIII. [1] IN FINEM IN CARMINIBUS PSALMUS DAVID
[2] Cum invocarem exaudivit me
Deus iustitiae meae
in tribulatione dilatasti mihi
miserere mei et exaudi orationem meam
[3] filii hominum usquequo gravi corde
ut quid diligitis vanitatem et quaeritis mendacium
DIAPSALMA
[4] et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum
Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum
[5] irascimini et nolite peccare
quae dicitis in cordibus vestris
in cubilibus vestris conpungimini
DIAPSALMA
[6] sacrificate sacrificium iustitiae et sperate in Domino
multi dicunt quis ostendet nobis bona
[7] signatum est super nos lumen vultus tui Domine
dedisti laetitiam in corde meo
[8] a fructu frumenti et vini et olei sui multiplicati sunt
[9] in pace in idipsum dormiam et requiescam
[10] quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

IIII. 1. in finem carminibus psalmus dauid F; in finem in hymnis canticum huic dauid R; in finem psalmus dauid canticum I | 2. exaudiuit RF; exaudisti I | 3. fili F*I | diapsalma RF; *om.* I | 5. diapsalma RFI²; *om.* I* | 6. ostendit F.

Desunt CLΦ^{v}.

IIII. 1. in finem in carminibus psalmus dauid = F(*om.* in 2°)QΦ^{RGP}Ggrel ɒc; psalmus in finem in carminibus *Amiat.*; in finem in hymnis canticum huic dauid RM; in finem psalmus cantici dauid WKVDƒ *cum Ro*; in finem psalmus dauid canticum I; in finem psalmus cantici dauid in finem in carminibus ppls dauid Ω^{s}; psalmus cantici dauid in finem ȝ; *om.* UΨ^{B}Ω^{M}ɑ.

2 exaudisti IΩ^{s} *cum Ro et Hier. comm. p. 10.* ¶ ant. et grecus et Aug. in prima glossa et Remigius habent in tercia persona *Guill.*

3. fili F*I | graui] F*^{3}; graue F²; graues R *cum Ro* | diabpsalma U; *om.* IQ WΦ^{G}*G*KVDΩagrelɒȝc.

4. et] *sub* ※ G²; *om.* ȝ. ¶ grecus et hebr. et ant. habent « et » *Guill.* suum] tuum Φ^{G}.

5. irascemini ɑ | quae] qui Wɑ | in (2°)] *praem.* et Q*Φ^{RG}Ψ^{B2}Ωfgrelȝ *cum Ro et Hier. comm. p. 11 et ep. 28, 3.* ¶ hebr. et grecus non preponunt « et » sed quidam ant. *Guill.* | conpungemini I diabpsalma U; *om.* I*WΦ^{G}*G*KΨ^{B}VDΩ agrelɒȝc.

6. et] *in ras.* I²; *om.* R | ostendet = RIVrw *cum LXX*; ostendit *rell. codd. et edd. cum Ro et He.*

8. et (*1°*) *om.* Ψ^{B2}DΩagrelɒȝc *cum Ro.* ¶ ant. cum hebr. interponunt « et » atque Aug. et grecus *Guill.* | et olei] *sub* ÷ IQΦ^{RGP2}(*sed : post* et)G²Ψ^{B}.

9. in idipsum] Q*^{3}; in idipso Q² WU.

IIII. (*num. om.* UG*Ψ^{B}VDΩ^{M}*ɑ) | 2. ⟨cum RI | ⟨in R | ⟨miserere R | 3. ⟨filii RI | ⟨ut R | 4. ⟨et RI | ⟨dominus (2°) R | 5. ⟨irascimini RI | ⟨quae R | ⟨in (2°) R | 6. ⟨sacrificate RI | ⟨multi R | 7. ⟨signatum RI | ⟨dedisti R | 8. ⟨a RI | 9. ⟨in (*1°*) RI | 10. ⟨quoniam RI.

V. [1] IN FINEM PRO EA QUAE HEREDITATEM CONSEQUITUR PSALMUS DAVID
[2] Verba mea auribus percipe Domine
intellege clamorem meum
[3] intende voci orationis meae
rex meus et Deus meus
[4] quoniam ad te orabo Domine
mane exaudies vocem meam
[5] mane adstabo tibi et videbo
quoniam non deus volens iniquitatem tu es
[6] neque habitabit iuxta te malignus
neque permanebunt iniusti ante oculos tuos
[7] odisti omnes qui operantur iniquitatem
perdes ÷ omnes : qui loquuntur mendacium
virum sanguinum et dolosum
abominabitur Dominus
[8] ego autem in multitudine misericordiae tuae
introibo in domum tuam
adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo
[9] Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos
dirige in conspectu meo viam tuam
[10] quoniam non est in ore eorum veritas
cor eorum vanum est
[11] sepulchrum patens est guttur eorum
linguis suis dolose agebant iudica illos Deus
decidant a cogitationibus suis
secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos
quoniam inritaverunt te Domine

V. 6. habitauit F* | 7. ÷ *in spatio a* R* *relicto inseruit* R² | 9. in iustitia tua F; in tua iustitia RI *cum Ro.*

Desunt CLQ(*a v.* 1, in finem)Φ^{v}G*(*a v.* 10, quoniam).

V. 1. in finem — dauid] psalmus dauid pro ea quae hereditatem accepit 𝔖; *om.* Ψ^{B}Ω^{M}𝔞 | pro his qui hereditatem consequuntur *Amiat.*; *om.* G | hereditate U | consequebatur Ω^{s}; consecuta est I | ∿ conseq. hered. VΩ^{s} | ps. dauid *om.* UVΩ^{s}.

3. intende — meae] *sub* ÷ I.

4. ÷ ex : audies I.

5. uidebo + te V *cum a et moz^{x}, cf. Hier. tract. p. 12* (subauditur: te uidebo) | non] tu non es Ω^{M}* | ∿ uolens deus I *cum Ro.*

6. habitauit F*Φ^{P}.

7. ÷ = R²IΦ^{RG2P}Ψ^{B}; *om.* R*(*spat. rel.*)Φ^{G}*, *rell. codd. et edd.* | uirum] uerum R*.

8. in multitudinem F.

9. duc Ψ^{B} | in tua iustitia RI *cum Ro et Hier. tract. p. 14*; in iustitia Ω^{s}* meo uiam meam 𝔞; tuo uiam meam K VDΩ𝔣𝔤𝔯𝔢𝔩𝔖𝔠 *cum Ro, cf. LXX (plerosq. codd.) et Hier. ep. 106 et adv. Pelag. 3, 8.* ¶ hebr. et ant. et Remigius non habent « in conspectu tuo uiam meam » sed e contrario ... primis auctoritatibus est standum quoad textum psalmi non quoad cantum responsorii [*in off. defunct.*] *Guill.*

11. est] *sub* ÷ I | decedant F*.

V. (*num. om.* IG*Ψ^{B}VDΩ^{M}*𝔞) | 2. ⟨verba RI | ⟨intellege R | 3. ⟨intende RI | ⟨rex R | 4. ⟨quoniam RI | ⟨mane R | 5. ⟨mane RI | ⟨quoniam R | 6. ⟨neque (*1°*) RI | ⟨neque (*2°*) R | 7. ⟨odisti RI | ⟨perdes R | ⟨virum RI | 8. ⟨ego R | ⟨introibo RI | ⟨adorabo R | 9. ⟨domine RI | ⟨dirige R | 10. ⟨quoniam RI | ⟨cor R | 11. ⟨sepulchrum RI | ⟨linguis R | ⟨decidant RI | ⟨secundum R | ⟨quoniam R.

12 et laetentur omnes qui sperant in te
in aeternum exultabunt et habitabis in eis
et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum
13 quoniam tu benedices iusto
Domine ut scuto bonae voluntatis coronasti nos.

VI. 1 IN FINEM IN CARMINIBUS PRO OCTAVA PSALMUS DAVID
2 Domine ne in furore tuo arguas me
neque in ira tua corripias me
3 miserere mei Domine quoniam infirmus sum
sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea
4 et anima mea turbata est valde
et tu Domine usquequo
5 convertere Domine eripe animam meam
salvum me fac propter misericordiam tuam
6 quoniam non est in morte qui memor sit tui
in inferno autem quis confitebitur tibi
7 laboravi in gemitu meo
lavabo per singulas noctes lectum meum
in lacrimis stratum meum rigabo
8 turbatus est a furore oculus meus
inveteravi inter omnes inimicos meos

---

13. benedicis R*F.

VI. 1. in carminibus F; in hymnis RI(ym.) *cum Ro* | psalmus RF; *om.* I | 5. eripe FI; et eripe R | 7. in lacrimis R*; lacrimis R²I; in lacrimis meis F.

Desunt CLQ(*usque ad v.* 13, nos)ΦᵛG*.

12. omnes (2°)] *sub* ÷ IΦᴿᴳᴾ²Ψᴮ.

13. tu + domine I *cum Ro* | benedicis R*F *cum γδ*σ*, *cf. LXX* (*codd.* BA) | uoluntatis + tu(a)e K²Ψᴮ²VDΩˢ *edd. cum Ro et Hier. passim.* ¶ hebr. et ant. et Ieron. et grecus non subiungunt « tue » *Guill.*

VI. 1. in finem in carminibus pro octaua psalmus dauid = FQΦᴿᴳᴾ𝔔𝔚; in finem in hymnis (ymnis I) pro octaua psalmus (*om.* I) dauid RIM *cum Ro*; in finem in carminibus psalmus dauid pro octaua Kfrelc *Amiat.*; psalmus dauid in finem in hymnis pro octaua 𝔖; in finem pro octaua in carminibus dauid 𝔚; in finem psalmus dauid pro octaua UVD Ωˢ; psalmus dauid G²; *om.* ΨᴮΩᴹ𝔞.

4. et (2°)] sed Ωˢ𝔯𝔢𝔖𝔠. ¶ ibi non est « sed » immo « et » est ibi secundum hebr. et ant. et Ieron. et Aug. et Cassiod. et grecum *Guill.*

5. conuertere] R*³; conuerte R² | eripe] *praem.* et RM²Q*Φᴾ²G²Ψᴮ²VDΩ 𝔞𝔤𝔯𝔢𝔦𝔳𝔖𝔠 *cum Ro.* ¶ hebr. et ant. et Ieron. et grecus non habent « et » *Guill.*

6. autem] *sub* ÷ I.

7. gemito F* | in lacrimis = R* *cum α et Hier. ep. 22, 18, 1 et 108, 15, 3 et 122, 1, 12 et in Is. 26, 7*; lacrimis R²I *cum Ro*; in lacrimis meis F *cum LXX, β et Hier. comm. p. 8, et tract. p. 313* (*cod.* G), *cf. hebr.*; lac(ri)mis meis *rell. codd. et edd. cum He et Hier. tract. l. c.* (*rell. codd.*) | meum *om.* Q*.

---

12. ⟨et (*1°*) RI | ⟨in (*2°*) R | ⟨et (*3°*) RI | 13. ⟨quoniam R | ⟨domine RI.

VI. (*num. om.* IG*ΨᴮVΩᴹ𝔞) | 2. ⟨domine RI | ⟨neque R | 3. ⟨miserere RI | ⟨sana R | 4. ⟨et (*1°*) RI | ⟨et (*2°*) R | 5. ⟨convertere RI | ⟨salvum R | 6. ⟨quoniam RI | ⟨in (*2°*) R | 7. ⟨laboravi RI | ⟨lavabo R | ⟨in R | 8. ⟨turbatus RI | ⟨inveteravi R.

[9] discedite a me omnes qui operamini iniquitatem
quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei
[10] exaudivit Dominus deprecationem meam
Dominus orationem meam suscepit
[11] erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei
convertantur et erubescant valde velociter.

VII. [1] PSALMUS DAVID QUEM CANTAVIT DOMINO PRO VERBIS CHUSI FILII IEMINI
[2] Domine Deus meus in te speravi
salvum me fac ex omnibus persequentibus me et libera me
[3] nequando rapiat ut leo animam meam
dum non est qui redimat neque qui salvum faciat
[4] Domine Deus meus si feci istud
si est iniquitas in manibus meis
[5] si reddidi retribuentibus mihi mala
decidam merito ab inimicis meis inanis
[6] persequatur inimicus animam meam et conprehendat
et conculcet in terra vitam meam
et gloriam meam in pulverem deducat
DIAPSALMA
[7] exsurge Domine in ira tua
exaltare in finibus inimicorum meorum
et exsurge Domine Deus meus in praecepto quod mandasti
[8] et synagoga populorum circumdabit te
et propter hanc in altum regredere

VII. 1. fili R | 7. exaltare RF; et exaltare I | et exsurge RI; exsurge F.

Desunt CLΦ^{v}G*.

9. ÷ ex : audiuit I | fletus mei *om.* W.
10. ÷ ex : audiuit I | suscipit W*.
11. ualde] *sub* ÷ R^{2}(*sed* : *post* uelociter)IQΦ^{G2P}.

VII. 1. *tit. bis scripsit* D; *om.* Ψ^{B} Ω^{M}𝔞 | psalmus] *praem.* in finem MVD (*pr. loco*)Ω^{S}𝔤 *cum moz^{C}* | quem — iemini *om.* G^{2} *cum* σ *moz^{C}* | quem] quae Φ^{G} | cusi V | fili RMQW *Amiat.* | hiemini Φ^{P}; ieminei *Amiat.*; gemini UVD(*pr. loco*)Ω^{S}.
5. reddi U | decedam F.
6. in terram QWU *cum LXX*, σ* *et Hier. tract. p. 22* | meam (2°) *om.* 𝔞 et glor. meam *om.* Ω^{S*M} | in puluere Φ^{P} | diabpsalma U; diabsalma Q; *om.* WΦ^{G*} G^{2}KΨ^{B}VDΩ *edd.*
7. exaltare] *praem.* et IQ^{2}G^{2}Ψ^{B2}VD Ω^{S}𝔞gre[ȝc *cum Ro.* ¶ ant. cum hebr. et Ieron. non interponunt « et » nec grecus item Aug. Cassiod. *Guill.* | meorum] Ψ^{B2} (me *in ras.*) | et] *sub* ※ R^{2}Q^{2}Φ^{RG2}; *om.* FΩ^{S}𝔞 *cum LXX et Ro atque Hier. tract. p. 22* | domine] *sub* ÷ QΦ^{RG2P}Ψ^{B}.
8. sinagoga RFIQWΦ^{R}UΨ^{B}V.

---

9. ⟨discedite RI | ⟨quoniam R | 10. ⟨exaudivit RI | ⟨dominus (2°) R | 11. ⟨erubescant RI | ⟨convertantur R.

VII. (*num. om.* IG*Ψ^{B}*VΩ^{M}*𝔞) | 2. ⟨domine RI | ⟨salvum R | 3. ⟨nequando RI | ⟨dum R | 4. ⟨domine RI | ⟨si (2°) R | 5. ⟨si RI | ⟨decidam R | 6. ⟨persequatur RI | ⟨et (2°) R | ⟨et (3°) R | 7. ⟨exsurge RI | ⟨exaltare R | ⟨et RI | 8. ⟨et (1°) R | ⟨et (2°) RI.

9 Dominus iudicat populos
iudica me Domine secundum iustitiam meam
et secundum innocentiam meam super me
10 consummetur nequitia peccatorum
et diriges iustum
et scrutans corda et renes Deus
11 iustum adiutorium meum a Deo
qui salvos facit rectos corde
12 Deus iudex iustus et fortis et patiens
numquid irascitur per singulos dies
13 nisi conversi fueritis gladium suum vibrabit
arcum suum tetendit et paravit illum
14 et in eo paravit vasa mortis
sagittas suas ardentibus effecit
15 ecce parturiit iniustitiam
※ et: concepit dolorem et peperit iniquitatem
16 lacum aperuit et effodit eum
et incidet in foveam quam fecit
17 convertetur dolor eius in caput eius
et in verticem ipsius iniquitas eius descendet
18 confitebor Domino secundum iustitiam eius
et psallam nomini Domini altissimi.

---

10. consummetur RI; consumetur F | 11. a deo F *cum LXX*; a domino RI | 12. et fortis FI; fortis R | irascetur F | 13. uibrauit RF* | 15. parturit RI | ※ *inseruit* R¹ | 16. incidet R *cum LXX*; incedit F*; incidit F²I | 17. discendit FI.

Desunt CLΦᵛG*.

9. populum F.

10. consumetur FQ*W*ΦᴾG²ΨᴮΩ *edd. cum δσ med* | dirigis R*; dirige F *cum Ro* | et (2°)] *sub* ※ R²QΦᴿ²ᴳ²ᴾ; *sub* ÷ I; *om.* ΨᴮVDΩ *edd. cum LXX, Ro et He* | inscrutans F.

11. a deo = FQ*Φᴿᴳ²ᴾD²Ωᴹ *cum hebr., LXX, moz*ᶜ *et Hier. comm. p. 19, cf. He* (in deo); a domino Q²Φᴳ*D*, *rell. codd. et edd. cum Ro.* ¶ hebr. et ant. et Remigius habent « a deo » et Ieron. « in deo » *Guill.*

12. et (*1°*) *om.* RQ*ΨᴮVDΩagrelυgc *cum Ro.* ¶ grecus et hebr. et ant. et Ieron. interponunt « et » *Guill.* | fortis *om.* Ψᴮ* | et (*2°*)] *sub* ÷ R² (*sed* : *post* patiens) IQΦᴿᴳᴾΨᴮ | irascetur FM*Q*WΦᴿᴳUG² KΩᴹ *cum βγδ.* ¶ « irascetur » alia litera « irascitur » *Guill.*

13. uibrauit RF*MQ²(*in ras.*)WΦᴿᴳᴾ KD*Ωˢael | illud Q*.

14. ardentes I *cum β et moz* | efficit Q*.

15. parturiit] Φᴾ*; parturit RIQW Φᴿᴳᴾ²UG²KΨᴮDΩagel | ※ et: = R¹Q* Φᴿᴳ²ᴾ; ÷ et: I; et R†FMΦᴳ*G²f; *om.* Q² (*signis ※ et: non deletis*) WUKΨᴮVD Ωagrelυgc *cum LXX et Ro, atque Hier. tract. p. 23, l. 25.* ¶ hebr. et ant. et Ieron. interponunt « et » sed non grecus *Guill.* | et (*ante* peperit)] *sub* ÷ I.

16. et (*2°*) *om.* W | incidet = Rw *cum LXX, α et He*; incedit F*; incidit F², *rell. codd. et edd. cum Ro et Hier. tract. p. 23 et tract.² in ps. 93 p. 84.*

17. in uertice I | d(e)scendit FIQ*W Φᴿ*(*ut vid.*)ᴳ*K *cum δσ* mozˣ.

18. nomine Q*.

---

9. ⟨dominus R | ⟨iudica RI | ⟨et R | 10. ⟨consummetur RI | ⟨et (*1°*) R | ⟨et (*2°*) R | 11. ⟨iustum RI | ⟨qui R | 12. ⟨deus RI | ⟨numquid R | 13. ⟨nisi RI | ⟨arcum R | 14. ⟨et RI | ⟨sagittas R | 15. ⟨ecce RI | ⟨et (*1°*) R | 16. ⟨lacum RI | ⟨et (*2°*) R | 17. convertetur RI | ⟨et R | 18. ⟨confitebor RI | ⟨et R.

VIII. [1] IN FINEM PRO TORCULARIBUS PSALMUS DAVID
[2] Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra
quoniam elevata est magnificentia tua super caelos
[3] ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem
propter inimicos tuos
ut destruas inimicum et ultorem
[4] quoniam videbo caelos ※ tuos: opera digitorum tuorum
lunam et stellas quae tu fundasti
[5] quid est homo quod memor es eius
aut filius hominis quoniam visitas eum
[6] minuisti eum paulo minus ab angelis
gloria et honore coronasti eum
[7] et constituisti eum super opera manuum tuarum
[8] omnia subiecisti sub pedibus eius
oves et boves universas
insuper et pecora campi
[9] volucres caeli et pisces maris
qui perambulant semitas maris
[10] Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

IX. [1] IN FINEM PRO OCCULTIS FILII PSALMUS DAVID
[2] Confitebor tibi Domine in toto corde meo
narrabo omnia mirabilia tua
[3] laetabor et exultabo in te
psallam nomini tuo Altissimi

VIII. 4. ※ *om.* R*, *sed testatur Hier. in ep. 106.*
IX. 3. nomine F* | altissimi R*F*; altissime R^2F^2I.

Desunt CLΦ^{v}G*(*usque ad v.* 5, eius)Ψ^{B}(*partim a v.* 1, in finem).

VIII. 1. in finem psalmus dauid pro torcularibus VDΩ^{s}; psalmus dauid in finem pro torc. ℌ; *om.* Ψ^{B}Ω^{M}𝔞.
2. dominus] deus F *cum* γδ†.
3. lactantium] M*K*; lactentium M^2 K^2Ψ^{B}VDΩ *edd.* ¶ « lactentium » a « lacteo » non a « lacto » quamuis differentiam hanc in ant. non inuenerimus *Guill.* | et] *sub* ※ I.
4. ※ = R^2IΦ$^{RG^2P}$K *cum Hier. ep. 106*; ÷ Ψ^{B}; *om.* R*Φ^{G}*, *rell. codd. et edd.* | tuos *om.* Ω^{s}* *cum LXX et Ro* | stillas R | quae] Ψ^{B}*; quas Ψ$^{B^2}$VΩ^{M} *cum Ro* | tu] *sub* ÷ IΦ$^{P^2}$.
5. quoniam] quod I.
7. constitues R, *cf. He* (dabis ei potestatem).
8. uniuersas] Q*U*; uniuersa Q^2U^2 G*K *cum Ro.*
9. et *om.* F *cum* δ | quae R | ambulant Q*.
IX. 1. *tit. om.* Ω^{M}𝔞 | filiis Q; *om.* W Φ^{P} | ∼ ps. dauid in finem pro occ. filii ℌ | ∼ dauid psalmus V.
2. tibi] *sub* ÷ I.
3. exultabor Ω^{s} | nomine F*Q* | altissimi = R*F*Q* *cum* δ* *et He*; altissime $R^2F^2Q^2$, *rell. codd. et edd. cum LXX et Ro.*

VIII. (*num. om.* IWG*Ψ^{B}*VΩ^{M}*𝔞) | 2. ⟨domine RI | ⟨quoniam RI | 3. ⟨ex RI | ⟨propter R | ⟨ut R | 4. ⟨quoniam RI | ⟨lunam R | 5. ⟨quid RI | ⟨aut R | 6. ⟨minuisti RI | ⟨gloria R | 7. ⟨et R | 8. ⟨omnia RI | ⟨oves R | ⟨insuper R | 9. ⟨volucres RI | ⟨qui R | 10. ⟨domine RI.
IX. (*num. om.* FIG*Ψ^{B}*VΩ^{M}*𝔞) | 2. ⟨confitebor RI | ⟨narrabo R | 3. ⟨laetabor R | ⟨psallam R.

4 in convertendo inimicum meum retrorsum
infirmabuntur et peribunt a facie tua
5 quoniam fecisti iudicium meum et causam meam
sedisti super thronum qui iudicas iustitiam
6 increpasti gentes ÷ et : periit impius
nomen eorum delisti in aeternum et in saeculum ÷ saeculi :
7 inimici defecerunt frameae in finem
et civitates destruxisti
periit memoria eorum cum sonitu
8 et Dominus in aeternum permanet
paravit in iudicio thronum suum
9 et ipse iudicabit orbem terrae in aequitate
iudicabit populos in iustitia
10 et factus est Dominus refugium pauperi
adiutor in oportunitatibus in tribulatione
11 et sperent in te qui noverunt nomen tuum
quoniam non dereliquisti quaerentes te Domine
12 psallite Domino qui habitat in Sion
adnuntiate inter gentes studia eius
13 quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est
non est oblitus clamorem pauperum
14 miserere mei Domine vide humilitatem meam de inimicis meis
15 qui exaltas me de portis mortis
ut adnuntiem omnes laudationes tuas in portis filiae Sion
16 exultabo in salutari tuo

---

6. perit RF*I | et (2°) *erronee sub* ÷ *praebet* R | 7. frameae F; framea RI *cum Ro* | perit RF*I.

Desunt CLΦ^{V}Ψ^{B}(*partim usque ad v.* 10, est).

5. causa mea R* | sedes Q^{2}DΩ *cum Ro*; sedis Q*. ¶ ant. et Aug. èt grecus « sedisti » alia litera « sedes » *Guill.* | qui] *sub* ÷ Φ^{P} | iustitia I.

6. ÷ = RIQ^{2}Φ^{RGP}G^{2}; *om.* Q*G*, *rell. codd. et edd.* | perit RF*IQ*Φ^{RG}. ¶ « periit » uel sec. antiquiores « perit » glosat Remigius « periit id est peribit » *Guill.* | delisti = RF*IQ*WUG*K; delesti F^{2}Q^{2}G^{2}, *rell. codd. et edd.* | et] *sub* ※ I; *sub* ÷ R QΦ^{RGP} | ÷ = RQ^{2}Φ^{R2}G *cum vers. syrohexapl.*; *om.* Q*Φ^{R}*, *rell. codd. et edd.*

7. framea RIQ *cum Ro* | ciuitates + eorum M^{2}VΩ^{s}𝔣𝔯𝔢𝔩𝔰𝔠 *cum Ro.* ¶ hebr. et ant. et Ieron. et Remigius et Aug. et Cassiod. et grecus non interponunt « eorum » *Guill.* | perit RF*IQ*.

8. parauit] G*; parabit G^{2}.

9. terrae] *sub* ÷ I | in equitatem F iudicauit F.

11. sperant R.

12. in] *sub* ÷ Φ^{P2}G^{2} | syon DΩ𝔞 eius] eorum Φ^{R}.

13. non] *praem.* et V *cum Ro* | est (2°) *om.* W.

15. laudationes] laudes I *cum Ro et He* | syon DΩ𝔞.

16. in salutare R.

---

4. ⟨in RI | ⟨infirmabuntur R | 5. ⟨quoniam RI | ⟨sedisti R | 6. ⟨increpasti RI | ⟨nomen R | 7. ⟨inimici RI | ⟨et R | ⟨periit RI | 8. ⟨et R | ⟨paravit RI | 9. ⟨et R | ⟨iudicabit (2°) R | 10. ⟨et RI | ⟨adiutor R | 11. ⟨et RI | ⟨quoniam R | 12. ⟨psallite RI | ⟨adnuntiate R | 13. ⟨quoniam RI | ⟨eorum R | ⟨non R | 14. ⟨miserere RI | 15. ⟨qui RI | ⟨ut R | 16. ⟨exultabo RI.

infixae sunt gentes in interitu quem fecerunt
in laqueo isto quem absconderunt
conprehensus est pes eorum
17 cognoscitur Dominus iudicia faciens
in operibus manuum suarum conprehensus est peccator

CANTICUM DIAPSALMATIS

18 convertantur peccatores in infernum
omnes gentes quae obliviscuntur Deum
19 quoniam non in finem oblivio erit pauperis
patientia pauperum non peribit in finem
20 exsurge Domine non confortetur homo
iudicentur gentes in conspectu tuo
21 constitue Domine legislatorem super eos
sciant gentes quoniam homines sunt

DIAPSALMA

22 (1) ut quid Domine recessisti longe
dispicis in oportunitatibus in tribulatione
23 (2) dum superbit impius incenditur pauper
conprehenduntur in consiliis quibus cogitant
24 (3) quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae
et iniquus benedicitur
25 (4) exacerbavit Dominum peccator
secundum multitudinem irae suae non quaeret
26 (5) non est Deus in conspectu eius
inquinatae sunt viae illius in omni tempore

---

17. canticum diapsalmatis RFI²; *om.* I* | 24. benedicetur F* | 25. quęrit R.

Desunt CLΦ^{v}G*(*a v.* 24, quoniam).

17. cognoscitur = IM*Φ^{RG} *cum LXX et Ro, cf. He* (agnitus est); cognuscitur RF*; cognoscetur F²M², *rell. codd. et edd. cum med.* ¶ antiquiores « cognoscitur » satis antiqui « cognoscetur » prima plus concordat Ieronimo nam et Ieron. « agnitus est » *Guill.* | iudicium G* *cum He* | faciens *om.* G* | est *om.* I | cant. diabsalmatis Q; canticum M; dp̄ G²; *om.* I*ΨΦ^{P}UG*KΨ^{B}VDΩ *edd.*

18. qui Q*Φ^{R}K *cum αβγ moz* | deum] dominum Ψ^{B}* *cum Ro.*

20. ÷ ex : surge G.

21. sciant] *praem.* ut Uαεȝc *cum Ro* | diabsalma Q; *om.* ΨΦ^{G}*U^{B}VDΩαfg.

22. dispicis = RIM*Q*K*; despices F*; despicis F²M²Q²K², *rell. codd. et edd.* ¶ hebr. ant. « despicies » alii « despicis » *Guill.*

23. dum] cum α | consilis I; + suis F*, *cf. Ro.*

24. benedicetur F*UG.

25. exaceruabit F | quęrit RQ*; + eum V.

⟨infixae R | ⟨in (*3°*) RI | ⟨conprehensus R | 17. ⟨cognoscitur R | ⟨in R | 18. ⟨convertantur RI | ⟨omnes R | 19. ⟨quoniam RI | ⟨patientia R | 20. ⟨exsurge RI | ⟨iudicentur R | 21. ⟨constitue RI | ⟨sciant R | 22. ¶ ut quid. psalmus X. (10. I) secundum hebr. Ic; sec. hebr. hic incipit decimus psalmus re (*in marg.*); ⟨ut quid RI | ⟨dispicis R | 23. ⟨dum RI | ⟨conprehenduntur R | 24. ⟨quoniam RI | ⟨et R | 25. ⟨exacerbavit RI | ⟨secundum R | 26. ⟨non RI | ⟨inquinatae R.

auferuntur iudicia tua a facie eius
omnium inimicorum suorum dominabitur
27 (6) dixit enim in corde suo
non movebor a generatione in generationem sine malo
28 (7) cuius maledictione os plenum est et amaritudine et dolo
sub lingua eius labor et dolor
29 (8) sedet in insidiis cum divitibus
in occultis ut interficiat innocentem
30 (9) oculi eius in pauperem respiciunt
insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua
insidiatur ut rapiat pauperem
rapere pauperem dum adtrahit eum
31 (10) in laqueo suo humiliabit eum
inclinabit se et cadet cum dominatus fuerit pauperum
32 (11) dixit enim in corde suo oblitus est Deus
avertit faciem suam ne videat in finem
33 (12) exsurge Domine Deus exaltetur manus tua
ne obliviscaris pauperum
34 (13) propter quid inritavit impius Deum
dixit enim in corde suo non requiret
35 (14) vides quoniam tu laborem et dolorem consideras
ut tradas eos in manus tuas
tibi derelictus est pauper
orfano tu eras adiutor
36 (15) contere brachium peccatoris et maligni
quaeretur peccatum illius et non invenietur
37 (16) Dominus regnabit in aeternum et in saeculum ÷ saeculi:
peribitis gentes de terra illius

---

31. humiliauit F* | cum RF; dum I | 37. regnauit F*.

Desunt CLΦ^{v}G*.

26. auferentur I *cum moz*^{x}.

27. in generatione I.

29. in insidis 𝕎* | in occultis *om.* Q* | interficiet I.

30. rapere pauperem *om.* Ψ^{B}* | dum attrahit eum *om.* Q*.

31. humiliauit F*Q*. ¶ sec. ant. et Cassiod. « humiliauit » satis [antiqui] et hebr. cum greco « humiliabit » *Guill.* | eum] illum Ω^{M} | inclinauit Q | cadet] F*^{3}; cadit F^{2} | cum] dum IΨ^{B}f *cum Ro et Hier. tract. p. 26.*

32. auertet Q* | in fine M*.

33. deus + meus U; + et M*VΩ^{s} age, *cf. Ro* (meus et). ¶ nullum sequitur « et » *Guill.* | exultetur a.

34. quid] quod f | inritabit Q*.

35. orphano G^{2}DΩ *edd.* | eras = RF*I Q*Φ^{RG}K *cum LXX et γ*; eris F^{2}Q^{2}, *rell. codd. et edd. cum Ro.* ¶ hebr. ant. et grecus habent « eras » leron. « factus es » noui mutantes ponunt « eris » sed primum certum est *Guill.*

36. conteres R *cum ζ* | maligna Φ^{R}* | quaeritur R^{2}; queritur R*.

37. regnauit F*MQ*Φ^{RG} | ÷ = RQ^{2} Φ^{RGP2} *cum vers. syro-hexapl.*; *om.* Q*, *rell. codd. et edd.*

⟨auferuntur RI | ⟨omnium R | 27. ⟨dixit RI | ⟨non R | 28. ⟨cuius RI | 29. ⟨sedet RI | ⟨in (2°) R | 30. ⟨oculi RI | ⟨insidiatur (1°) R | ⟨insidiatur (2°) RI | ⟨rapere R | 31. ⟨in RI | ⟨inclinabit R | 32. ⟨dixit RI | ⟨avertit R | 33. ⟨exsurge RI | ⟨ne R | 34. ⟨propter RI | ⟨dixit R | 35. ⟨vides RI | ⟨ut R | ⟨tibi RI | ⟨orfano R | 36. ⟨contere RI | ⟨quaeretur R | 37. ⟨dominus RI | ⟨peribitis R.

38 (17) desiderium pauperum exaudivit Dominus
praeparationem cordis eorum audivit auris tua
39 (18) iudicare pupillo et humili
ut non adponat ultra magnificare se homo super terram.

X. 1 IN FINEM PSALMUS DAVID
2 In Domino confido quomodo dicitis animae meae
transmigra in montes sicut passer
3 quoniam ecce peccatores intenderunt arcum
paraverunt sagittas suas in faretra
ut sagittent in obscuro rectos corde
4 quoniam quae perfecisti destruxerunt
iustus ÷ autem : quid fecit
5 Dominus in templo sancto suo
Dominus in caelo sedis eius
oculi eius ÷ in pauperem : respiciunt
palpebrae eius interrogant filios hominum
6 Dominus interrogat iustum et impium
qui autem diligit iniquitatem odit animam suam
7 pluet super peccatores laqueos
ignis et sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum
8 quoniam iustus Dominus ÷ et :
iustitias dilexit
aequitatem vidit vultus eius.

X. 2. in montes RF; in montem I | 5. sedis (*nom. sing.*) RI*; sedes FI² | 7. pluet F* *cum LXX*; pluit RF²I.

Desunt CL(*usque ad v.* 7, laqueos)Φ^{v}G*(*usque ad v.* 8, eius).

38. prẹparationes Ψ^{B} *cum med.*
39. non] G*³; *om.* G².
X. 1. ps. dauid in finem ϑ; ps. dauid G²; *om.* Ψ^{B}Ω^{M}α.
2. dicitis] F*; dicetis F² *cum LXX et γδ²* | in montes = RF *cum LXX et Hier. tract. p. 88*; in montem *rell. codd. et edd. cum hebr., Ro et He atque Hier. tract² p. 1, 17 et 2, 28* (*cod.* M) *et comm. p. 23* (*codd.* CA). ¶ « in monte[s] » sec. antiquiores, « in montem » sec. satis ant. et Ieron. *Guill.*
3. suas *om.* F *cum LXX et αβγδ moz^{c}* | in faretram QW *cum LXX et γδ.*
4. iust. aut. quid fec.] *sub* ÷ Φ^{R} iustus *om.* Q* | ÷ = RQΦ^{GP}K; *om. rell. codd. et edd.*
5. sedis] I*M*Q*K*; sedes FI²M² Q²Φ^{RGP}G²K²Ψ^{B}VDΩ *edd.* | ÷ = RIQ²Φ^{RGP²} (*sed : post* in)KΨ^{B}; *om.* Q*Φ^{P}*, *rell. codd. et edd.* | palphebrę F.
7. pluet] F*Q*D*; pluit RF²IMQ² WΦ^{RGP}UΨ^{D}D²† *cum Ro.* ¶ « pluet » sec. alios « pluit » *Guill.* | et sulphror et R; sulphur et VDΩ *cum Ro et Hier. tract.² p. 8*; sulphor et Q*; sulphur Φ^{RG} *cum med.* ¶ ant. nullam interponunt coniunctionem hebr. tamen habet « ignis et sulphur [et] spiritus » sicut grecus *Guill.*
8. ÷ et : = RI; et FLΨ^{B²}VDΩαfgrel ϑc *cum LXX αβγδ moz*; *om.* MQWΦ^{RGP} UG²KΨ^{B*}ψ *cum hebr. Ro et He.* ¶ hebr. et ant. et Ieron. et Aug et Cassiod. non interponunt « et » et multum mutatur et minus bonus erit sensus si apponatur *Guill.* | uidit *om.* Ω^{s}.

---

38. ⟨desiderium RI | ⟨praeparationem R | 39. ⟨iudicare RI | ⟨ut R.
X. (lat. X. heb. XI. Ιυ *et sic deinceps, num. om.* IG*Ψ^{B}*VDΩ^{M}*α) | 2. ⟨in RI | ⟨transmigra R | 3. ⟨quoniam RI | ⟨paraverunt R | ⟨ut R | 4. ⟨quoniam RI | ⟨iustus R | 5. ⟨dominus (*I°*) RI | ⟨oculi RI | ⟨palpebrae R | 6. ⟨dominus RI | ⟨qui R | 7. ⟨pluet RI | ⟨ignis RL | 8. ⟨quoniam RIL | ⟨aequitatem RL.

XI. [1] IN FINEM PRO OCTAVA PSALMUS DAVID
[2] Salvum me fac Domine quoniam defecit sanctus
quoniam deminutae sunt veritates a filiis hominum
[3] vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum
labia dolosa in corde et corde locuti sunt
[4] disperdat Dominus universa labia dolosa
linguam magniloquam
[5] qui dixerunt linguam nostram magnificabimus
labia nostra a nobis sunt
quis noster dominus est
[6] propter miseriam inopum et gemitum pauperum
nunc exsurgam dicit Dominus
ponam in salutari
fiducialiter agam in eo
[7] eloquia Domini eloquia casta
argentum igne examinatum probatum terrae
purgatum septuplum
[8] tu Domine servabis nos et custodies nos
a generatione hac et in aeternum
[9] in circuitu impii ambulant
secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

XII. [1] IN FINEM PSALMUS DAVID
Usquequo Domine oblivisceris me in finem
usquequo avertis faciem tuam a me

XI. 9. ambulant RF; ambulabunt I.

Desunt CΦ^{v}(*usque ad v.* 8, generatione).

XI. 1. *tit. om.* GΨ^{B}Ω^{M}𝔞 | octaua] octauo K*; octaua die I; octabo die L *cum γδ* | ∿ in finem ps. dauid pro octaua VΩ^{S}𝔤; ∿ ps. dauid in finem pro octaua 𝔰.

2. me fac] *sub* ÷ IΦ^{R} | fac] *sub* ÷ Q^{2} | deminutae = R^{2}FLQ*WUG*K; dimminutae I; deminuti R*; diminut(a)e Q^{2} G^{2}, *rell. codd. et edd.*

3. et corde *om.* L* | locuti sunt] *sub* ÷ IG^{2}; + mala Ψ^{B}* *cum Ro.*

4. disperdet Q* | linguam] *praem.* et MΨ^{B2}VD*Ω𝔞𝔢ł𝔰c *cum LXX et Ro.* ¶ hebr. ant. et Ieron. non interponunt « et » sed nec Aug. neque grecus *Guill.*

5. magnificauimus F* | quis noster dominus est *om.* Φ^{P}*.

6. miseria L; misericordiam F* *cum δ* | dixit L | in salutare R; + tuo Q* | agam] *sub* ÷ G^{2}.

7. terrae purgatum] ter repurgatum Ψ^{B}.

8. et (2°) = RFI(*sub* ÷)L *cum LXX, αγ moz^{c} med.*; *om. rell. codd. et edd. cum hebr., Ro et He.*

9. ambulabunt IL *cum αδ moz He.*

XII. 1. in finem — dauid] ps. dauid in finem 𝔰; in finem ipsi dauid ps. L; psalmus dauid Φ^{Q}; *om.* Ψ^{B}Ω^{M}𝔞 | me *om.* Ψ^{B}*Ω^{M} | usquequo (2°)] quousque L* *cum Ro* | auertes Φ^{RGV}Ψ *cum LXX, cf. He* (abscondes).

XI. (*num. om.* IG*Ψ^{B}*VDΩ^{M}*𝔞) | 2. ⟨salvum RIL | ⟨quoniam (2°) RL | 3. ⟨vana R IL | ⟨labia RL | 4. ⟨disperdat RIL | ⟨linguam R | 5. ⟨qui RIL | ⟨labia RL | ⟨quis L | 6. ⟨propter RIL | ⟨nunc RL | ⟨ponam RIL | ⟨fiducialiter R | 7. ⟨eloquia (1°) RIL | ⟨argentum RL | ⟨purgatum RL | 8. ⟨tu RIL | ⟨a R | 9. ⟨in RIL | ⟨secundum RL.

XII. (XI. Q^{2}, *num. om.* IQ*G*Ψ^{B}*VDΩ^{M}*𝔞) | 1. ⟨usquequo (1°) RIL | ⟨usquequo (2°) RL.

[2] quamdiu ponam consilia in anima mea
dolorem in corde meo per diem
[3] usquequo exaltabitur inimicus meus super me
[4] respice exaudi me Domine Deus meus
inlumina oculos meos ne umquam obdormiam in mortem
[5] nequando dicat inimicus meus praevalui adversus eum
qui tribulant me exultabunt si motus fuero
[6] ego autem in misericordia tua speravi
exultabit cor meum in salutari tuo
cantabo Domino qui bona tribuit mihi
et psallam nomini Domini altissimi.

XIII. [1] IN FINEM PSALMUS DAVID
Dixit insipiens in corde suo non est Deus
corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis ÷ suis :
non est qui faciat bonum ÷ non est usque ad unum :
[2] Dominus de caelo prospexit super filios hominum
ut videat si est intellegens ÷ aut : requirens Deum
[3] omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt
non est qui faciat bonum non est usque ad unum
÷ sepulchrum patens est guttur
÷ eorum

XII. 2. dolorem RI; dolore F | 4. exaudi R *cum LXX*; et exaudi FI | in mortem RF*; in morte F^2I | 6. exultauit F.

XIII. 3. ÷ *om.* R*, *sed testatur Hier. in prol. libri 16 in Is.*

Deest C.

2. consilium F *cum Ro* | dolore FL*.

4. exaudi = R *cum hebr., LXX, He*; et exaudi *rell. codd. et edd. cum Ro.* ¶ grecus et hebr. non habent « et » *Guill.* | dormiam Q*; obdormiant L *cum* δ | in mortem = RF*LWΦ^{RG}D$\mathfrak{a}$; in morte F^2, *rell. codd. et edd.*

5. aduersum R.

6. $\sim$ tua misericordia L *cum Ro* | exultauit FQ*D | bona] *sub* ÷ I | et — altissimi] *sub* ÷ R^2 | et] *sub* ※ Φ^{P}; *sub* ÷ $\Phi^{RGV}G^2K\Psi^{B}$.

XIII. 1. in finem ps. dauid] ps. dauid in finem $\mathfrak{F}$; ps. dauid D; *om.* Ψ^{B} $\Omega^{M}\mathfrak{a}$ | psalmus] *sub* ÷ G^2 | suo *om.* $\mathfrak{a}$ | sunt (2°) *om.* L* | in stud. suis *om.* W | studiis] uoluntatibus L* *cum Ro* | ÷ (*ante* suis) = $RQ^2\Phi^{RG2VP}G^2K\Psi^{B}$; *om.* Q*$\Phi^{G}$*G*, *rell. codd. et edd.* | ÷ (*ante* non est usque) = $RIQ^2\Phi^{RGVP2}G^2K\Psi^{B}$ (*sed in* Φ^{RP2}K : *post* est); *om.* Q*Φ^{P}*G*, *rell. codd. et edd.*

2. prospexit super] respexit in L*, *cf. ps.* 52, 3 | uideret L *cum moz*^{c} *med et He* | ÷ = R; *om. rell. codd. et edd.*

3. simul *om.* Φ^{R}* | qui] *praem.* *** F | ÷ (*a* sepulchrum *usque ad* oculos eorum) = $R^2I\Phi G^2K$(*in quo signa haud recte ponuntur*) *cum Hier. in Is., prol. l. 16* (omnes Graeciae tractatores qui nobis eruditionis suae in psalmos commentarios reliquerunt hos uersiculos ueru annotant et praetereunt); *om.* R*G*, *rell.*

---

2. ⟨quamdiu RL | ⟨dolorem RL | 3. ⟨usquequo RIL | 4. ⟨respice RIL | ⟨inlumina RIL | 5. ⟨nequando RL | ⟨qui RIL | 6. ⟨ego RL | ⟨exultabit RIL | ⟨cantabo RL | ⟨et RL.

XIII. (*num. om.* IG*Ψ^{B}*VDΩ^{M}*$\mathfrak{a}$) | 1. ⟨dixit RIL | ⟨corrupti RIL | ⟨non (2°) RL | 2. ⟨dominus RIL | ⟨ut RL | 3. ⟨omnes RIL | ⟨non (*I*°) RL | ⟨sepulchrum RIL.

÷ linguis suis dolose agebant
÷ venenum aspidum sub labiis
÷ eorum
÷ quorum os maledictione et
÷ amaritudine plenum est
÷ veloces pedes eorum ad ef-
÷ fundendum sanguinem
÷ contritio et infelicitas in viis
÷ eorum
÷ et viam pacis non cognove-
÷ runt
÷ non est timor Dei ante ocu-
÷ los eorum :
4 nonne cognoscent omnes qui
operantur iniquitatem
qui devorant plebem meam sicut
escam panis
5 Dominum non invocaverunt
illic trepidaverunt timore ÷ ubi
non erat timor :
6 quoniam Deus in generatione
iusta
consilium inopis confudistis
quoniam Dominus spes eius est
7 quis dabit ex Sion salutare Israhel
cum averterit Dominus captivi-
tatem plebis suae
exultabit Iacob et laetabitur Is-
rahel.

XIIII. 1 PSALMUS DAVID
Domine quis habitabit in taber-
naculo tuo
aut quis requiescet in monte
sancto tuo

---

6. iusta R *cum LXX*; iusta est FI.
XIIII. 1. requiescit R*F*.

Desunt CG*(*a v.* 5, dominum).

codd. et edd. ¶ ant. tres hos uersus habent, sed non grecus uel hebr. sed et Ieron. dicit in prologo libri [XVI] commenti super Ysa. LIX de quibus locis illa sumpta sunt et occasionem habuerunt ab apostolicis uerbis ad Rom. III (*v.* 13-18). psallentibus tamen omnia dicuntur. Cassiod. tamen dicit non omnia esse de textu sed propter usum exponendos *Guill.* | guttor Q*K.

4. cognoscent] D*; cognoscant D² | escam] L²; cibum L¹, *cum αβ moz*ˣ *med He, et cf. ps.* 52, 5; cium L†.

5. dominum] deum W *cum Ro, et cf. ps.* 52, 6 | timore *om.* L² | ÷ = RΦ (*sed in* Φᴾ : *post* ubi); *om. rell. codd. et edd.* | erat] fuit G², *cf. ps.* 52, 6.

6. deus] Q*; dominus Q²ΦᴾVDΩaf grelsc *cum γ et moz.* ¶ hebr. et ant. et grecus et Remigius et Aug. habent « deus » *Guill.* | iusta = R *cum hebr. et LXX*; iusta est *rell. codd. et edd. cum Ro et He* | confudisti LΨᴮΩˢ *cum Ro.* ¶ hebr. et ant. et grecus et Remigius et Aug. habent « confudistis » pluraliter et glosa exponit *Guill.* | dominus] *in ras.* Ψᴮ² eius] ipsius L*.

7. syon G²Ωa | israel grelvsc; isrl QΦᴿᴳΨᴮVDΩaf; [···]ahel L (*fort. habuit* istrahel) | exultauit Q*; exaltabitur L*; letetur L² *cum Ro* | laetabitur] L*; exultet L² *cum Ro* | israel Dfgrelvsc; istrahel L; isrl FQΦᴿᴳKΨᴮΩa.

XIIII. 1. ps. dauid] *praem.* in finem Φᴾ; *om.* ΨᴮΩᴹa | habitauit LQ*Φᴳ* | requiescit R*F*LQ*W.

⟨linguis RL | ⟨venenum RL | ⟨quorum RIL | ⟨veloces RL | ⟨contritio RIL | ⟨et viam RL | ⟨non est RL | 4. ⟨nonne RIL | ⟨qui (2°) RL | 5. ⟨dominum RIL² | ⟨illic RL | 6. ⟨quoniam RIL | ⟨consilium RL | ⟨quoniam RL | 7. ⟨quis RIL¹ | ⟨cum RL | ⟨exultabit RL.

XIIII. (*num. om.* IG*Ψᴮ*VDΩᴹ*a) | 1. ⟨domine RIL | ⟨aut RL.

[2] qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam
[3] qui loquitur veritatem in corde suo
qui non egit dolum in lingua sua
nec fecit proximo suo malum
et obprobrium non accepit adversus proximos suos
[4] ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus
timentes autem Dominum glorificat
qui iurat proximo suo et non decipit
[5] qui pecuniam suam non dedit ad usuram
et munera super innocentes non accepit
qui facit haec non movebitur in aeternum.

XV. [1] TITULI INSCRIPTIO IPSI DAVID
Conserva me Domine quoniam in te speravi
[2] dixi Domino Dominus meus es tu
quoniam bonorum meorum non eges
[3] sanctis qui sunt in terra eius
mirificavit ※ mihi : omnes voluntates meas in eis
[4] multiplicatae sunt infirmitates eorum
postea adceleraverunt

---

4. glorificat RF; magnificat I | decepit R*F*.
XV. 1. in te speraui RI; speraui in te F | 2. dominus RF; deus I | 3. ※ *inseruit* R¹.

Desunt CG*(*usque ad* 15, 4, infirmitates).

3. dol**um Q | adu. proximum suum L *cum hebr et Ro, cf. He* (super uicino suo).

4. malignus *om.* Ω^{s} | dominus L; *om.* Φ^{R} | glorificant Ω^{M*}; magnificat IL* *cum Ro et Hier. comm. p. 25* | decepit R*F* LQ*U.

5. innocentem Q*VDΩαgrɛſʒc *cum hebr. et Ro, cf. He* (innoxium). ¶ ant. « innocentes » similiter et Aug. et Cassiod. et grecus sed hebr. « innocentem » primis autem standum est *Guill.*

XV. 1. tit. — dauid] psalmus dauid ʒ; *om.* UΨ^{B}Ω^{M}α | tituli scribtio *Amiat.*; titulus scriptio Φ^{V}; in (*om.* M) tituli inscriptione MW *cum Hier. comm. p. 25* | ipsi *om.* LM† *cum δ moz^{x} et Hier. l. c.* | conserua] custodi L* *cum He et Hier. tract.² p. 12* | in te speraui = RIL *cum LXX, Ro et Hier. l. c.*; in te speraui in te U; speraui in te *rell. codd. et edd. cum hebr. et He.*

2. dominus = RF *cum LXX et He atque Hier. tract.² p. 14, l. 1*; deus *rell. codd. et edd. cum Ro et Hier. l. c. p. 13, l. 26* | es *om.* F *cum hebr.* | egis R*.

3. sunt *om.* L* | eius] *sub* ÷ R² | mirificauit] Q*; mirificabit Q²Φ^{RGV}. ¶ ant. « mirificabit » grecus « mirificauit » Ieron. autem nihil dicit de his sed illud quod LXX interpretati sunt « mirificare » magis sonat in futuro quam in preterito si est uerbum et non nomen qualiter uertit Ieron. *Guill.* | ※ mihi : omnes = R¹; ÷ mihi : omnes I; mihi omnes R†FL *cum δ, cf. hebr.*; ※ omnes : Φ^{R2G2VP}; omnes Φ^{R*G*}, *rell. codd. et edd. cum LXX et Ro, cf. He* | in eis *om.* L*.

4. multiplicati Q*.

---

2. ⟨qui RIL | 3. ⟨qui (*1°*) RIL | ⟨qui (*2°*) RL | ⟨nec RIL | ⟨et RL | 4. ⟨ad RIL | ⟨timentes R | ⟨qui RIL | 5. ⟨qui RL | ⟨et RL | ⟨qui RIL.
XV. (*num. om.* IUG*ΨB*VDΩ^{M*}α) | 1. ⟨conserva RIL | 2. ⟨dixi RL | ⟨quoniam R L | 3. ⟨sanctis RIL | ⟨mirificavit R | 4. ⟨multiplicatae RIL | ⟨postea RL.

non congregabo conventicula
eorum de sanguinibus
nec memor ero nominum eorum
per labia mea
5 Dominus pars hereditatis meae
et calicis mei
tu es qui restitues hereditatem
meam mihi
6 funes ceciderunt mihi in prae-
claris
etenim hereditas mea praeclara
est mihi
7 benedicam Domino qui tribuit
mihi intellectum
insuper et usque ad noctem in-
crepaverunt me renes mei
8 providebam Dominum in con-
spectu meo semper
quoniam a dextris est mihi ne
commovear
9 propter hoc laetatum est cor
meum
et exultavit lingua mea
insuper et caro mea requiescet
in spe
10 quoniam non derelinques ani-
mam meam in inferno
non dabis sanctum tuum videre
corruptionem
notas mihi fecisti vias vitae
adimplebis me laetitia cum vultu
tuo
delectatio in dextera tua usque
in finem.

XVI. 1 ORATIO DAVID
Exaudi Domine iustitiam meam

---

4. eorum (3°) RF; illorum I | 7. domino RF; dominum I | tribuit mihi RF; mihi tribuit I | increpauerunt RI; increpuerunt F | 9. requiescit FI | 10. derelinquis RF | non (2°) RF; nec I | dilectatio RI.

XVI. 1. oratio RI; in finem oratio F.

Desunt CL(*a v.* 7, intellectum, *usque ad v.* 10, me).

eorum (3°)] illorum IL *cum Ro et Hier. tract.*² *p. 18.*

5. domine L | restituisti mihi hered. meam L *cum Ro.*

6. mea *om.* I, *cf. hebr. et He.*

7. domino = RFΦ^{RGV}GΨ^{B}; dominum *rell. codd. et edd.* | ∼ mihi tribuit IL*U *cum Ro* | increpauerunt = RIM* Φ^{RGV}Ψ^{B}*ϖ; increpuerunt M^{2}Ψ^{B2}, *rell. codd. et edd.* | me *om.* R*.

8. dominum] *sub* ÷ I²; domino Ω^{M}† | ne] nec Φ^{RP}K*D.

9. exultabit Φ^{RGV}Ψ^{B} | insuper] *sub* ÷ IG² | requiescit FIQ*.

10. derelinquis RFQ*G*; delinqueris Ψ^{B}* | non = RF *cum hebr.*; ne Ψ^{B}; nec *rell. codd. et edd. cum LXX, Ro et He atque Hier. tract.*² *p. 27 et ep. 98, 7* | delectatio = F *cum α med, cf. LXX* (*codd.* RA *lucian.*); dilectatio RI; dilectationes Q*K; delectiones Ψ^{B}; delectationes Q², *rell. codd. et edd. cum LXX et Ro, cf. hebr. et He* | usque] *sub* ÷ Q² Φ^{G2VP2}G² (*sed in* Q²Φ^{P2} : *post* finem).

XVI. 1. or. dauid] oratio huic dauid M; *praem.* psalmus ȣ; *praem.* in finem FG *cum γδ*; *om.* UΨ^{B}Ω^{M}α | exaudi] ex *sub* ÷ R²

⟨non RIL | ⟨nec R | 5. ⟨dominus RIL | ⟨tu RL | 6. ⟨funes RIL | ⟨etenim RL | 7. ⟨benedicam RIL | ⟨insuper R | 8. ⟨providebam RI | ⟨quoniam R | 9. ⟨propter RI | ⟨et R | ⟨insuper R | 10. ⟨quoniam RI | ⟨non (2°) R | ⟨notas RI | ⟨adimplebis R | ⟨delectatio RL.

XVI. (*num. om.* IUG*Ψ^{B}*VDΩ^{M}*α) | 1. ⟨exaudi RIL.

intende deprecationem meam
auribus percipe orationem meam
non in labiis dolosis
[2] de vultu tuo iudicium meum prodeat
oculi tui videant aequitates
[3] probasti cor meum visitasti nocte
igne me examinasti et non est inventa in me iniquitas
[4] ut non loquatur os meum opera hominum
propter verba labiorum tuorum
ego custodivi vias duras
[5] perfice gressus meos in semitis tuis
ut non moveantur vestigia mea
[6] ego clamavi quoniam exaudisti me Deus
inclina aurem tuam mihi
et exaudi verba mea
[7] mirifica misericordias tuas
qui salvos facis sperantes in te
[8] a resistentibus dexterae tuae
custodi me ut pupillam oculi
sub umbra alarum tuarum protege me
[9] a facie impiorum qui me adflixerunt
inimici mei animam meam circumdederunt ※ super me:
[10] adipem suum concluserunt
os eorum locutum est superbia
[11] proicientes me nunc circumdederunt me
oculos suos statuerunt declinare in terram
[12] susceperunt me sicut leo paratus ad praedam
et sicut catulus leonis habitans in abditis

---

8. proteges R *cum LXX*; protege FI | 9. ※ super me: R *cum hebr., lectio ab Hier. ex Hexaplis sumpta, ut vid.*; *om.* FI | 10. superbia (*abl. sing.*) F; in superbia RI.

Deest C.

depraecationi meae L *cum Ro, cf. LXX.*

2. meum — uideant] *rescr.* L² (*evan.* L*) | tui] L³; mei L² *cum LXX et Ro, cf. Hier. ep. 106* | aequitates] L*; (a)equitatem L²ɑgɾe *cum Ro.*

3. meum + deus L², *cf. ps.* 65, 10 | uisitasti = RFIKϖ *cum hebr., LXX et He*; ******uisitasti Q*; ÷ et: uisitasti G²; et uisitasti Q²G*, *rell. codd. et edd. cum Ro et Hier. comm. p.* 27 | igni Q*.

6. et exaudi] G*; ÷ et: exaudi G²; ÷ et ex:audi I.

7. qui] *praem.* domine L².

8. me (*1°*) + domine L *cum Ro, cf. Hier. ep. 106* | proteges = R *cum LXX*; protege *rell. codd. et edd. cum Ro et He.*

9. ※ super me: = R *cum hebr.*; *om. rell. codd. et edd. cum LXX, Ro et He.*

10. suum] Q*; suam Q² | superbia = FL*U *cum Ro*; in superbia RI, *cf. Ro* (*cod.* A); superbiam L², *rell. codd. et edd. cum LXX, cf. Ro* (*plerique codd.*).

11. statuerunt] Φ^{P*}; statuerant Φ^{P2} | declina L*.

12. sicut (*2°*)] sic ❡.

⟨intende RL | ⟨auribus RIL | ⟨non RL | 2. ⟨de RIL | ⟨oculi RL | 3. ⟨probasti RIL | ⟨igne RL | 4. ⟨ut RIL | ⟨propter RL | ⟨ego RL | 5. ⟨perfice RIL | ⟨ut RL | 6. ⟨ego R IL | ⟨inclina RL | ⟨et RL | 7. ⟨mirifica RIL | ⟨qui L | 8. ⟨a RI | ⟨custodi RL | ⟨sub RIL | 9. ⟨a RL | ⟨inimici RIL | 10. ⟨adipem RL | ⟨os RL | 11. ⟨proicientes RIL | ⟨oculos RL | 12. ⟨susceperunt RIL | ⟨et RL.

13 exsurge Domine praeveni eum
et subplanta eum
eripe animam meam ab impio
frameam tuam 14 ab inimicis manus tuae
Domine a paucis de terra divide eos in vita eorum
de absconditis tuis adimpletus est venter eorum
saturati sunt filiis
et dimiserunt reliquias suas parvulis suis
15 ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo
satiabor cum apparuerit gloria tua.

XVII. 1 IN FINEM PUERO DOMINI DAVID QUAE LOCUTUS EST DOMINO VERBA CANTICI HUIUS IN DIE QUA ERIPUIT EUM DOMINUS DE MANU OMNIUM INIMICORUM EIUS ET DE MANU SAUL ET DIXIT
2 Diligam te Domine fortitudo mea
3 Dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus
Deus meus adiutor meus et sperabo in eum
protector meus et cornu salutis meae et susceptor meus
4 laudans invocabo Dominum et ab inimicis meis salvus ero

---

15. conspectui R; in conspectu FI *cum Ro*.
XVII. 1. quae RF; qui I | et dixit RF; *om.* I.

Desunt CL(*a v.* 14, paruulis).

13. eum et subp. eum] eos et subuerte eos L *cum LXX et Ro, cf. Hier. ep. 106* | frameam — 14. tuae] frameam inimicorum de manu tua L*, *cf. Ro* (*pleriq. codd.*) | framea tua M*Φ^{RQV}ϖ, *cf. hebr., Ro* (*om.* tua) *et He* (qui est gladius tuus). ¶ « framea tua » in ablatiuo habent ant. et hebr. similiter, unde et Ieron. habet « ab impio qui est gladius tuus » sed et grecus genetiuum ponit pro ablatiuo. alii tamen in accusatiuo habent et exponunt « frameam » *Guill.*

14. de (*1°*)] a L* *cum Ro* | diuide eos] dispartire eos et subplanta eos L* *cum Ro* | de (*2°*)] *praem.* et agre | adimpletum Ψ^{B} | filiis] G*Ψ^{B}*; filii G^{2}Ψ^{B2}; porcina L* *cum Ro, cf. Hier. comm. p.* 27. ¶ « filii » sec. antiquiores uel « filiis » sec. alios, et iuxta hebreos commune est *Guill.* | demiserunt F*; diuiserunt ɡ; reliquerunt L* *cum Ro et Hier. comm. l. c.* suas *om.* Ω^{M} *cum LXX, cf. Ro.*

15. autem] *sub* ÷ I | iust. + mea Ω^{S} | apparabo Ψ^{B}; parebo F *cum γδ* | conspectui] Ψ^{B}*; conspectu M*; in conspectu FIΦ^{RV}Ψ^{B2}Ω^{S}ſ *cum Ro* | saciabar ɑ.

XVII. 1. *tit. om.* Ψ^{B}Ω^{M}ɑ | in finem] *praem.* psalmus dauid ϑ | puero domino Q*Φ^{P}; pueri domini Q^{2}; *praem.* pro Ω^{S} ϑ | dauid — huius *om.* ϑ | quae] qui IV Ω^{S}greſbc *cum moz^{c}*; quem D | domino] deo K*; ad dominum I *cum γ moz^{x}* | ∿ dom. loquutus est Q | in die — et dixit *om.* Ω^{S} | dominus *om.* W | omnium *om.* I *cum δ* | eius] suorum QΦUGV *cum He* | et de — dixit *om. Amiat.* | ∿ saul et de manu omn. in. eius W | et dixit *om.* IWG*ϑ.

3. domine R *cum Ro et He* | cornu] cor Ω^{M} | et (*ante* susceptor) *om.* I *cum hebr., LXX, Ro et He.*

4. inuocaui Q* | et *om.* V*.

---

13. exsurge RIL | ⟨eripe RL | ⟨frameam RL | 14. ⟨domine RIL | ⟨(et subplanta) L | ⟨de (2°) RL | ⟨saturati RIL | ⟨et L | 15. ⟨ego RI | ⟨satiabor R.

XVII. (*num. om.* IUG*Ψ^{B}*VDΩ^{M}*ɑ) | 2. ⟨diligam RI | 3. ⟨dominus R | ⟨deus RI | ⟨protector RI | 4. ⟨laudans RI.

5 circumdederunt me dolores mortis
et torrentes iniquitatis conturbaverunt me
6 dolores inferni circumdederunt me
praeoccupaverunt me laquei mortis
7 cum tribularer invocavi Dominum
et ad Deum meum clamavi
exaudivit de templo ÷sancto: suo vocem meam
et clamor meus in conspectu eius introibit in aures eius
8 et commota est et contremuit terra
et fundamenta montium conturbata sunt
et commota sunt quoniam iratus est eis
9 ascendit fumus in ira eius
et ignis a facie eius exarsit
carbones succensi sunt ab eo
10 inclinavit caelos et descendit
et caligo sub pedibus eius
11 et ascendit super Cherubin et volavit
volavit super pinnas ventorum
12 et posuit tenebras latibulum suum
in circuitu eius tabernaculum eius
tenebrosa aqua in nubibus aeris

---

7. exaudiuit I; exaudiuit me F; et exaudiuit R | introiuit RF | 8. et commota (*1°*) R*I; commota R²F | 10. inclinauit FI; et inclinauit R | 11. pennas I.

Desunt CL(*usque ad v.* 8, conturbata).

6. inferi QWΦUGKΨᴮDα *cum He et Sam.* (*II Reg.*) 22, 6. ¶ ant. « inferni » *Guill.* | laquei] doloris R*, *ex v. praec.*

7. cum tribularer = R*Fl *cum LXX, cf. med.* (*praem.* et); in tribularer R²; ÷et: in tribulatione mea G², *cf Ro*; in tribulatione mea G*, *rell. codd. et edd. cum He et Sam.* (*II Reg.*) 22, 7 | ad *om.* W | exaudiuit = I *cum hebr., LXX, cf. He*; exaudiuit me F; ÷et: exaudiuit G²; et exaudiuit G*, *rell. codd. et edd. cum Ro* | ÷sancto: suo = R¹QΦᴿᴳᵛG²KΨᴮ; ÷suo: suo R†; sancto suo G*, *rell. codd. et edd.* | introibit = IMQ²WUKΨᴮ *cum LXX, cf. He* (ueniet) *et Sam. l. c.*; introiuit Q*, *rell. codd. et edd. cum Ro.*

8 et (*1°*) = R*I (*sub* ÷) *cum hebr., LXX et Ro*; *om.* R², *rell. codd. et edd. cum He et Sam.* (*II Reg.*) 22, 8 | et (*ante* fundam.) *om.* DΩˢaeiυgc *cum med et Sam. l. c.* ¶ hebr. et ant. habent « et » *Guill.* | et comm. ÷sunt: I; *om.* Ωˢ* | eis] *sub* ÷ R²IG²; + deus L *cum LXX et Ro.*

9. exardescet L *cum αδ, cf. Ro* (exardescit).

10. inclinauit] *praem.* et RL *cum hebr., LXX, Ro, Sam.* (*II Reg.*) 22, 10 *et Hier. comm. p. 27 et tract. p. 209* (*codd. βB*) | caelum L *cum LXX et αγδ¹.*

11. cherubin] M*; cherubī f; cherubim M²ΦᴳᵛᴾUGΨᴮΩᴹgreiυgc; hieruphin I. ¶ « cherubim » per m finalem. per quendam tamen abusum latinus dicit « cerubin » per n finalem qualiter hic habent quidam et infra LXXIX (*v.* 2). require Exod. XXV (*v.* 18 *et* 22) *Guill.* | uolabit (*utr. loco*) L | uolauit (*2°*)] *sub* ÷ ΦᴾG²; *om.* g *cum He* | pinnas = RFL M*WK; pennas M², *rell. codd. et edd.*

12. et] *sub* ÷ R²IΦᴿᴳ²ᵖ²G² | in circuitu] grando et caligo in circuitu eius nubes ipsius transcurrerunt eripiet me quia uoluit me libe[rauit me de inimicis] meis po[tentissimis] in circuitum L*, *cf. infra vv.* 13. 18 *et* 20, *γ* (*vv.* 12 *et* 20) *et α* (*v.* 20) | eius (*1°*) *om.* Q*.

---

5. ⟨circumdederunt RI | ⟨et R | 6. ⟨dolores RI | ⟨praeoccupaverunt R | 7. ⟨cum RI | ⟨et R | ⟨exaudivit RI | ⟨et R | 8. ⟨et (*1°*) RI | ⟨et (*3°*) R | ⟨et (*4°*) RL | 9. ⟨ascendit RIL | ⟨et RL | ⟨carbones RL | 10. ⟨inclinavit RIL | ⟨et (*2°*) R | 11. ⟨et (*1°*) RIL | ⟨volavit (*2°*) RL | 12. ⟨et RIL | ⟨(grando) L | ⟨(nubes) L | ⟨(eripiet) L | ⟨(liberavit) L | ⟨in RL | ⟨tenebrosa RL.

13 prae fulgore in conspectu eius
nubes ※ eius: transierunt
grando et carbones ignis
14 et intonuit de caelo Dominus
et Altissimus dedit vocem suam
※ grando et carbones ignis:
15 et misit sagittas et dissipavit eos
et fulgora multiplicavit et conturbavit eos
16 et apparuerunt fontes aquarum
et revelata sunt fundamenta orbis terrarum
ab increpatione tua Domine
ab inspiratione spiritus irae tuae
17 misit de summo et accepit me
adsumpsit me de aquis multis
18 eripiet me de inimicis meis fortissimis
et ab his qui oderunt me quoniam confirmati sunt super me
19 praevenerunt me in die adflictionis meae
et factus est Dominus protector meus
20 et eduxit me in latitudinem

---

13. ※ eius: *restituimus, cf. hebr.*; ÷ eius: R; *om.* FI | 15. sagittas RF² *cum LXX*; sagittas suas F*I | 17. de summo RF²I; e summo F* | 18. eripiet R; erip*** F*; eripuit F²I *cum Ro* | confirmati F*(*ut vid.*)I; confortati RF² *cum Ro.*

Deest C.

13. fulgore] Q*; fulgure LΦ^{G}*G* (-rę)Ψ^{B}*; fulgura Q² | ※ eius: *restituimus*; ÷ eius: R; eius Φ^{RGV}U *cum hebr. et med., cf.* αβ (ipsius); *om. rell. codd. et edd. cum LXX, Ro et He.* ¶ hebr. et ant. bis habent « eius » *Guill.*

14. intonuit] introiuit α | ※ = RI QΦ^{R²GVP²}G² (*sed in* IΦ^{P} : *post* grando) *cum Hier. ep. 106, cf. vers. syro-hexapl. ad v. praeced.*; *om.* Φ^{R*P*}G*, *rell. codd. et edd.* | grando — ignis *om.* L* *cum LXX et Ro.* ¶ « grando » quidam ant. habent « et » *Guill.*

15. et (*1°*)] *sub* ※ I; *sub* ÷ G²; *om.* U *cum Ro et Sam.* (*II Reg.*) 22, 15, *cf. LXX* (*codd.* RA *et lucian.*) | sagittas = RF²M*Q*Φ^{RGV} *cum LXX,* α *moz^{c} et Sam. l. c.*; sagittas suas F*M²Q², *rell. codd. et edd. cum hebr., Ro et He* | et (*2°*) *om.* M* *cum* δ | eas F* | et (*3°*)] *sub* ÷ I; *om.* F²M²QWΦ^{P}UGKΨ^{B}VDΩ *edd. cum Ro, He et Sam. l. c.* ¶ hebr. et ant. et grecus premittunt « et » *Guill.* | fulgora] Q*Φ^{G}*; fulgura Q²Φ^{RG²}Ψ^{B}VDΩ *edd.*; fugura L* | conturbabit Φ^{R} | eos] illos F *cum He.*

16. paruerunt L, *cf.* γ | terrarum] *sub* ÷ G² | tua] *sub* ÷ R²G² | ab inspir.] ab increpatione L*; *praem.* et L²V *cum moz^{x}.*

17. de] e F*L* *cum* αγ *moz* | adsumpsit] *praem.* et F²LGΨ^{B}*VDΩαgrel ϱc *cum Ro.* ¶ hebr. et ant. non interponunt « et » sed grecus *Guill.* | aquis multis] L³; mult[···] L* *fol. lac.*; multetudine aquarum L² *cum Ro.*

18. eripiet = RM*Φ^{RGV} *cum LXX, cf.* α (eruet); erip*** F*; et eripuit L*; eripuit F²L²M², *rell. codd. et edd. cum Ro, cf. He et Sam.* (*II Reg.*) 22, 18 (liberauit) | his] iis Dᵽ | oderant L *cum He et Sam. l. c.* | confirmati = F*(*ut vid.*)I LM*Q*Φ^{RGV} *cum* γ; confortati F²M²Q², *rell. codd. et edd. cum Ro.*

19. adflictiones F*.

20. eduxit] L*; produxit L² *cum* γ

13. ⟨prae RIL | ⟨grando RL | 14. ⟨et (*1°*) RIL | ⟨et (*2°*) | ⟨grando R (*signo K*) | 15. ⟨et (*1°*) RI | ⟨et (*3°*) RL | 16. ⟨et (*1°*) RIL | ⟨et (*2°*) RL | ⟨ab (*1°*) RI | ⟨ab (*2°*) RL | 17. ⟨misit RIL | ⟨adsumpsit RL | 18. ⟨eripiet RIL | ⟨et RL | 19. ⟨praevenerunt RIL | ⟨et RL | 20. ⟨et RIL.

salvum me faciet quoniam voluit me
21 ÷ et: retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam
÷ et: secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi
22 quia custodivi vias Domini nec impie gessi a Deo meo
23 quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo sunt
et iustitias eius non reppuli a me
24 et ero inmaculatus cum eo
et observabo ab iniquitate mea
25 et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam
et secundum puritatem manuum mearum
in conspectu oculorum eius
26 cum sancto sanctus eris
et cum viro innocente innocens eris
27 et cum electo electus eris
et cum perverso perverteris
28 quoniam tu populum humilem salvum facies
et oculos superborum humiliabis
29 quoniam tu inluminas lucernam meam Domine
Deus meus inluminas tenebras meas

---

20. faciet F*I; fecit RF^2 | 21. retribuit (*bis*) R | 23. iustitias FI; iustitia R | 25. retribuit R | 29. inluminas (2°) RF; inlumina I.

Deest C.

moz^{x} *med.* | sal. me faciet] eripiet me L*; saluum fac[···] L^2 *fol. lac.* | faciet = F*I M*QWΦ^{RGP}UGKm *cum LXX et γδ, cf. α* (eruet); faci M^2(*sic*); faciat Φ^{v}; fecit F^2, *rell. codd. et edd. cum Ro, cf. He et Sam.* (*II Reg.*) 22, 20 (liberauit). ¶ ant. cum greco « faciet » et hebr. concordat interprete *Guill.* | ∼ fecit me Ω^{s} | me (3°) + liberauit me de inimicis [···]erunt me saluum me faciet ab inimicis meis potentissimis ex his qui oderunt me L*, *cf. LXX et αγ moz*^{x}.

21. ÷ (1°) = RΦ$^{RG^2v^2p^2}$G^2; *om.* Φ^{G*v*p*} G*, *rell. codd. et edd.* | retribuit RV* | ÷ (2°) = RΦ$^{G^2v}$; *om.* Φ^{G}*, *rell. codd. et edd.* | puritatem] innocentiam L* *cum Ro* | manum L | retribuit R.

22. impii R.

23. eius — sunt *deest* L* *fol. lac.* | conspecto L^2 | sunt = RFIV *cum αγδ*; sunt semper L^2 *cum Ro*; *om. rell. codd. et edd. cum hebr., LXX, He et Sam.* (*II Reg.*) 22, 23 | iusticia* Q*; iustitia RM*; iustitiam L* *cum med* | eius] meas Ω^{M}*.

24. maculatus L* | obseruabo = RF IL *cum αγδ, cf. LXX*; obseruabo me *rell. codd. et edd. cum Ro, cf. He et Sam.* (*II Reg.*) 22, 24.

25. et (1°)] *sub* ÷ R^{2}Φ$^{R^2Gv^2}$G^2, *cf. supra v.* 21 | retribuit RV* | et (2°)] *sub* ÷ R^{2}Q^{2}Φ$^{RG^2v}$G^2, *cf. supra v.* 21; *sub* ※ R^3 | puritatem] innocentiam L* *cum Ro* | manum L | mearum + retribuet mihi L* *cum α*δ et v.* 21, *cf. LXX* (*codd.* RA) *et γ* | in conspectum L.

26. et] *sub* ÷ G^2 | uero R | innocenti L.

27. peruerteres I; peruertes F *cum He*; peruersus eris r; subuerteris L *cum Ro.*

28. tu + dominus L | facias Q*Φ^{G}.

29. domine *om.* Ω^{s}* | inluminas (2°) = RF, *cf. LXX, α He et Sam.* (*II Reg.*) 22, 29; i(n)lumina *rell. codd. et edd. cum Ro.*

⟨salvum RL | ⟨(liberavit) L | ⟨(salvum) L | 21. ⟨et (1°) RIL | ⟨et (2°) RL | 22. ⟨quia RIL | 23. ⟨quoniam RIL | ⟨et RL | 24. ⟨et (1°) RIL | ⟨et (2°) RL | 25. ⟨et (1°) RIL | ⟨et (2°) RL | ⟨in RL | 26. ⟨cum (1°) RI | ⟨et RL | 27. ⟨et (1°) RIL | ⟨et (2°) RL | 28. ⟨quoniam RIL | ⟨et RL | 29. ⟨quoniam RIL | ⟨deus RL.

30 quoniam in te eripiar a temptatione
et in Deo meo transgrediar murum
31 Deus meus inpolluta via eius
eloquia Domini igne examinata
protector est omnium sperantium in eum
32 quoniam quis Deus praeter Dominum
et quis Deus praeter Deum nostrum
33 Deus qui praecingit me virtute
et posuit inmaculatam viam meam
34 qui perfecit pedes meos tamquam cervorum
et super excelsa statuens me
35 qui doces manus meas in proelium
et posuisti arcum aereum brachia mea
36 et dedisti mihi protectionem salutis tuae
et dextera tua suscepit me
et disciplina tua correxit me in finem
et disciplina tua ipsa me docebit
37 dilatasti gressus meos subtus me
et non sunt infirmata vestigia mea
38 persequar inimicos meos et conprehendam illos
et non convertar donec deficiant
39 confringam illos nec poterunt stare
cadent subtus pedes meos

---

33. prẹcingit F, *cf. LXX*; praecinxit R; praecincxit I | 35. doces RI; docet F | posuisti RF²I; posuit F* | arcum R; ut arcum FI *cum Ro* | 36. tuae RI; meae F.

Desunt CG*(*a v.* 30, quoniam).

30. in te] a te LΩ^{s} *cum Ro.*

31. meus] *sub* ÷ I | in eum = RFI *cum moz et med*; in se *rell. codd. et edd. cum Ro He et Sam.* (*II Reg.*) 22, 31.

32. et] Q*; aut Q^{2}Φ^{P}Ψ^{B2}VDΩαgτεἰȣc *cum Ro*; *om.* Ψ^{B}*. ¶ hebr. et ant. habent « et » sed et ipse Ieron. habet similiter *Guill.*

